¶Nec quis veſtruꝫ eis vel in eorū pſentia celebrare preſumat: qđ etiam plebi nūciate. ¶Et ꝙ nullus ex plebe vxorem domuꝫ ducat: niſi prius nuptie tꝑib9 ab eccleſia ꝓmiſſis publice fuerit celebrate. ¶Qđ nullus raptā vel ꝯſanguineaꝫ accedat: aut alterius ſponſam ducat omnib9 prohibete. ¶Porcarios et alios paſtores ſaltem dñica faciat9 vocari ad miſſā. ¶Patrinos vt filios ſuos ſimbolū ꝛ orationē dñicam doceāt aut doceri faciant exhortamini.

¶Sacramentuꝫ eucharistie: ſanctū chriſma: et oleū cathecuminorū: ac ſanctū ſeu infirmorū in eccleſia in loco mundo cōdecēti et ſecuro ſub ſera ꝛ fida cuſtodia diligenter ſeruate. ¶Quiſqꝫ veſtrū expoſitionē Simboli ꝛ orōnis dñice iuxta orthodoxoruꝫ patrū traditiones penes ſe habeat: eaſqꝫ ac orationes Miſſarū ꝛ Epiſtolas Euāgelia ꝛ Canonem bene intelligat: ex quib9 ꝑdicando populū ſibi cōmiſſum ſedulo īſtruat: ꝛ maxime nō bene credentes. ¶Introitum miſſe: orationes: Epiſtolam: Graduale: Euangelium Simbolū et cetera nō ſecreta alta ꝛ intelligibili voce proferat. Secreta vero ꝛ Canonem moroſe et diſtincte ſubmiſſa voce legat. ¶Pſalmorū verba ꝛ diſtinctiōes regulariter cū canticis cōſuetis intelligibiliter pronūciet. ¶Simbolum Athanaſij de trinitate et fide catholica memoriter teneat. ¶Exorciſmos ꝛ orationes ad cathecuminos faciendos ac reliquas preces ſuper maſculuꝫ ꝛ feminā pluraliter vl' ſingulariter reſpectiue diſtincte ꝓferat. ¶Ordinē baptizandi ꝛ ad ſuccurrenduꝫ infirmis: recōciliatiōis ꝛ cōmēdationis anime: ꝛ in agendis exequijs defūctoꝝ: iuxta modum canonicum obſeruet.

¶Exorciſmos et benedictiones ſalis et aque pertinenter legat. ¶Cantuꝫ diurnū ꝛ nocturnum ſciat. ¶Computuꝫ etiam minorē ad inueniendū litterā dñicalem. tempus Interualli diei Paſce ꝛ maioruꝫ mobiliū feſtorū nō ignoret. Ut per hec et alia bona opera vna cuꝫ populo vobis credito perpetua beatitudine perfruamini: preſtante dño noſtro Jeſu xpo cui eſt honor ꝛ gloria in ſecula ſeculorum.

Tum pontifex dimiſſa mitra ſurgit ꝛ ſtans verſus ad altare dicit abſolute. Oremus.

Exaudi queſum9 domine ſupplicum preces: ꝛ cō-

fitentiũ tibi parce peccatis:⁊
quia cõſcientia remordẽte ta-
beſcimus: ne aut ignorantia
nos traxerit ĩ errorẽ: aut pre-
ceps forſitan volũtas ĩpule-
rit a iuſticia decliare: ob hoc
te poſcimus: te rogamus: vt
ſi quid offenſiõis in hac Sy-
nodi ſeu Concilij celebritate
contraxim⁹ remiſſibile facere
⁊ cõdonare digneris: illiuſq;
te miſerante indulgentiã ſen-
tiamus: vt in eo qđ ſoluturi
ſumus aggregatũ Conciliuʒ
ſeu aggregatam Synodum: a
cunctis primuʒ abſoluamur
noſtrorũ nexibus delictorũ:
⁊ qm̃ nulla eſt dñe hũane cõ-
ſciẽtie virtus qua offenſe tue
volũtatis poſſint indicia ex-
periri: et ĩperfectũ noſtrũ vi-
dent oculi tui: pfectionez de-
puta miſericors de⁹: qua per
fecto equitatis fine per te ſin
gula concludi poptamus. et
ſicut te in noſtris principijs
occurſorem popoſcimus: ita
quoq; in hoc fine iudiciorũ
noſtroꝝ exceſſib⁹ te adeſſe de
precamur vt ignorantie par-
cas: errores corrigas: pfectis
votis pfectã operis efficaciã
largiaris: ⁊ tranſgreſſorib⁹ ti
bi cõfitentib⁹: venia et remu-
neratio ſubſequat̃ ſempiter-
na. Per xp̃m dñm noſtrũ. ℟.
Amen. Deinde benedicit ſolẽ
niter omnibus dicens.
Sit nomẽ dñi benedictũ ⁊c.
Et dat indulgentiã. Quibus
pactis Archidiacon⁹ ſtãs iux
ta pontificẽ: dicit alta voce.



Recedamus cum pace.
Et reſpondent omnes.

In nomine chriſti. Tũc oẽs
pariter ſurgẽtes: pacifice rece
dunt. Si vero ĩ primo die vel
in ſecũdo oĩa negocia Cõcilij
ſeu Synodi expediũt̃: appro-
batis omnib⁹: ⁊ ɔcluſiõe Cõ-
cilij ſeu Synodi facta. Ponti
fex ſedens cũ mitra vt ſup̃. cõ
mendat ſe omniũ orationib⁹
⁊ legunt̃ noĩa intereſſe deben
tiũ admonent̃ p pontificẽ cõ
gregati: ⁊ alia fiũt prout ſup̃
ſunt ordinata.

¶ Ordo Suſpenſiõis. Recõ-
ciliationis. Depoſitiõis. Diſ
penſatiõis. Degradatiõis. et
Reſtitutiõis ſacroꝝ ordinũ.

Renotanduʒ eſt: q
Cleric⁹ qñq; ſuſpẽ-
dit̃: qñq; deponit̃:
qñq; degradatur.
Suſpendit quis qñq; ab ho-
mine. qñq; a iure: et qñq; ad

tempus: quouſqz in perpetuū. Ab homine: quādo prelatus ſic in ſcriptis pronunciat.

Quia conſtat te tale quid cōmiſiſſe: ideo ab officio et executiōe ordinū tuorū te ſuſpendimus. Vel quādo fit in genere dicit.

Quicūqz tale quid fecerit aut nō fecerit: ipſum in his ſcriptis ſuſpēdimus. vel in his ſcriptis nouerit ſe ſuſpēſum. Huiuſmodi autē ſuſpenſiōis ſententia taliter reuocatur.

Quia de tali negocio propter qđ ſuſpenſiōis ſententiā incurreras: emendationem plenā: et penitentiā cōdignam egiſti. Ideo ſententiaz ſuſpenſionis huiuſmodi miſericorditer relaxamus. ¶ Illud autē ſciendū eſt: quod ſimpliciter et ſine tēporis diffinitione: ab homine vel a iure ſuſpenſus: perpetuo intelligitur eſſe ſuſpēſus Ad tempus vero ſuſpenſus: vtpote donec penituerit. vel a crimine abſtinuerit: eoipſo quod abſtinet vel penitet: executionem ſui officij recuperat: nec alia ē recōciliatio: ſeu ſententie ſuſpenſionis relaxatio neceſſaria. Et quāuis quilibet ſacerdos in mortali pctō occulto cōſtitutus: quantū ad ſe ſit ſuſpenſus: tamē peracta penitentia: vel parte ipſius: eo ipſo talis ſententia eſt ſublata. Ad hec Clerici publice delinquētes et enormiter: executionem ſui ordinis ſecundum canones perdūt. et etiā poſt peractā penitentiā ab executione ſuorum ordinū ſuſpēſi remanēt: adeo quod abſqz diſpenſatiōe et recōciliatione nō poſſunt in illis licite miniſtrare: nec ad maiores ordines promoueri precipue ſi de hoc cōuicti fuerint in iudicio et puniti. Epiſcopi tamen poſſunt in adulterijs et alijs criminibus que ſūt minora: et generaliter vbicūqz a iure expreſſe nō prohibētur: poſt peractā penitentiaz vel partē ipſius: cū talibus diſpenſare et eos recōciliare: que recōciliatio et diſpenſatio fit hoc modo.

Quamuis tale enorme crimen publice cōmiſeris propter qđ ſecundum iuris rigorē merueras ab officio et beneficio amoueri. et propterea nō vales vlterius ſecundum canones in tuis ordinibus licite miniſtrare. vel de quo cōuictus es et in iudicio cōdemnatus. Quia tamen defectus noſtri patris antiquā nō patitur canonuz manere cenſuram. eligentes potius de miſericordia quā de ſeueritate reddere rationez. Idcirco vitam tuā plenius agnoſcentes et me

lioꝛa et ſaluti viciniora de te
decetero veriſimilit̃ expectan
tes: de miſericoꝛdia que ſup-
exaltat iudiciũ: hanc penã au
ctoꝛitate nobiſ in hac parte a
iure cõceſſa: tibi duxim⁹ rela-
xandã: ⁊ relaxamus. Indulgẽ
tes tibi: vt hoc non obſtante
licite poſſis ad ſuperioꝛes oꝛ
dines cõſcendere: ⁊ in ſuſcep-
tis etiã oꝛdinib⁹ licite miſtra-
re. Infamiã inſup canonicaꝫ:
ꝓpterea ꝑ te contractaꝫ peni-
tus abolentes: et reſtituẽtes
te in integruꝫ priſtino ſtatui
atqꝫ fame. ¶ Circa depoſitio
nem vero notandum eſt q̄ ſi
agit̃ vt deponatur quis a be-
neficio ſolus Ep̄s hoc poteſt
Sicut poteſt deponere ab oꝛ
dine cũ Capitulo ſuo ſiue ab
ipſo Capl'o deputatis: et etiã
ſolus ex cõſuetudine. Et ſimi
liter Ep̄s cũ Capitulo ſuo de
ponit ab oꝛdine clericos pri-
me tonſure: ⁊ in minoꝛib⁹ oꝛ-
dinibus conſtitutos ſi poſt
hmõi verbalẽ depoſitionẽ ſe-
cutura ſit actual' degradatio.
Et ſi iſto modo agit̃ in depo
ſitiõe Subdiaconi vel Diaco
ni ab oꝛdine requirit̃ numer⁹
trium Ep̄oꝝ vltra propꝛiũ ſuũ
Ep̄m in examine et in diffini-
tione. ⁊ ſex in cauſa pꝛeſbyteri:
excepta cauſa hereſis. In de
poſitione vero epi ab oꝛdine
exigit̃ numerus .xij. ep̄oꝝ pꝛe
ter metropolitanũ qui debet
eſſe .xiij⁹. qui om̄es poſſũt ꝓ
cedere cõtra Ep̄m vſqꝫ ad cõ
cluſionem tm̄. ⁊ diffinitio tã
circa cõdemnationẽ q̄ꝫ abſo-
lutionem reſeruat̃ pape. Sed
in ipſa actuali degradatione
nõ requirit̃ numerus ep̄oꝝ.
Et p̄miſſa de numero Ep̄oꝝ
adhibẽdo ꝓcedunt ſi agit̃ ex
poteſtate oꝛdinaria. Dictabi
tur autẽ ſententia depoſitio-
nis ab oꝛdine ſi intẽditur vt
poſt eam ſequat̃ actualis de-
gradatio noĩe Ep̄i oꝛdinarij
cum p̄ſentia Capituli ſiue cũ
conſilio ⁊ aſſenſu ep̄oꝝ reſpe
ctiue ꝓut cauſa reqrit in hũc
modum videlicet.

Quia nobis euidẽter ⁊ le-
gitime cõſtat te tale cri
men ſeu flagitiũ cõmiſiſſe: qđ
non ſolum graue: verũ etiam
damnabile eſt ⁊ damnoſum.
Idcirco de taliũ conſilio ⁊ aſ
ſenſu: ab omni oꝛdine ⁊ pꝛiui
legio clericali te ſentẽtialiter
perpetuo duximus deponẽ-
dum: ⁊ deponimus. Per talẽ
itaqꝫ ſententiã taliter depoſi-
tus: omni oꝛdinũ tam maio-
rum q̄ꝫ minoꝝ executiõe per-
petuo eſt exutus. Verũ ſi epi-
ſcopus depoſitus euidenter
agnouerit in poſteruꝫ emen-
dationem vite ⁊ moꝛũ depo-

ſiti: vel forte ſententiã ſuã in-
iuſtã fuiſſe. poterit ei de iure
miſericorditer reſtituere gra-
duũ ⁊ ordinũ executionem: q̃
priuatus extiterat: que reſti-
tutio debet fieri in eccleſia: in
qua Ep̃us elegerit hoc facere
ſiue ſit cathedralis ſiue alia: ⁊
coram altari: quia et ibi ordi-
nũ gradus diſtribuunt̃. ⁊ po
teſt fieri per epiſcopũ ſolum
cũ Capitulo ſuo: nõ ſolum in
quatuor tẽporib⁹: verũ etiaꝫ
quolibet tempore: ⁊ ſine miſ-
ſe celebratione: ⁊ tã reſtituẽs
q̃ꝫ reſtituẽdus debent eſſe ie-
iuni. Depoſit⁹ ergo qui reſti-
tutioneꝫ priuilegij clericalis
⁊ executionis quatuor mino-
rum ordinuꝫ petierit: veſtib⁹
ſuis cõſuetis indutus: debet
genua flectere corã pontifice
parato amictu: ſtolã: pluuia
li tempori cõuenientib⁹: ⁊ mi
tra ſimplici: baculũ paſtora-
lem in manu tenente: ⁊ in fal-
diſtorio ante mediuꝫ altaris
ſedente: q depoſita mitra ſur-
git ⁊ ſtans verſus ad illũ: co-
ram ſe genuflexũ, dicit. ℣.

Deus in adiutorium meum
intende. ℟.
Domine ad adiuuandum me
feſtina. ℣.
Glĩa pr̃i ⁊ filio ⁊ ſp̃ui ſcõ. ℟.
Sicut erat in principio ⁊c̃.
Et hec ſcd̃o ⁊ tertio dicũtur.

Deinde ſubiungit pontifex.
Kyrieleyſõ. Xp̃eleyſon. Ky-
rieleyſon. Pater noſter. ℣.
Et ne nos inducas in tẽpta-
tionem. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
Saluũ fac ſeruũ tuũ dñe. ℟.
Deus meus ſperantẽ in te. ℣.
Mitte ei dñe auxiliũ d̃ ſcõ. ℟.
Et de ſyon tuere eum. ℣.
Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟.
Et clamor me⁹ ad te vẽiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.
Deus qui in ſanctis habi-
tas: ⁊ pia corda nõ deſe
ris: ſuſcipe ꝓpitius orationẽ
noſtrã: ⁊ hunc famulum tuũ
quẽ delictorũ cathena ꝯſtrin
git: miſeratio tue pietatis ab-
ſoluat. Per xp̃m dñm noſtrũ
℟. Amẽ. Tum ſedet pontifex
accepta mitra: ⁊ ſup caput il-
lius coraꝫ eo genuflexi impo-
nit manũ dextram: dicens.
In noĩe dñi. Ego licet pec-
cator tamen epiſcop⁹: au-
ctoritate a deo mihi conceſſa
per hanc manuſ impoſitionẽ
reſtituo tibi cariſſimo fratri
priuilegiũ clericale ⁊ executio
nẽ ordinis ⁊ grad⁹ hoſtiaira
t⁹. Lectorat⁹. exorciſtat⁹. atqꝫ
Acolytat⁹: q̃ fueras iuſte pri-
uatus ⁊ ab ea depoſit⁹: vt am
modo poſſis digne cuſtodi-
re hoſtia dom⁹ dñi: cũ oibus

que intra retinent᷑ ⁊ diſtincte legere de codice: audiente populo dei: ⁊ ab hinc īantea habeas poteſtatē imponēdi manus ſuper energuminos ſiue cathecumīos: ſeu baptizatos ⁊ vt deīceps digne poſſis accendere luminaria eccleſie: et ante euangeliū portare. Preſtante dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o: qui viuit ⁊ regnat ī vnitate ſpiritus ſcti de⁹: p oīa ſcl'a ſcl'oꝝ.

Deinde pōtifex adhuc cū mitra ſedēs bn̄dicit illi dicēs.

Benedictio dei oīpotētis: pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpirit⁹ ✠ ſācti: deſcēdat ſup te ⁊ maneat ſemp. ℟. Amē. Quo facto ille oſculat᷑ manuꝫ dextrā pōtific⁹: ſurgit ⁊ diſcedit.

In reſtitutione priuilegij clericalis et executionis Subdiaconat⁹ ⁊ minoꝝ ordinū ſimili modo ꝓcedi debet ſicut ſup̄ dicit᷑: vſqꝫ ad man⁹ īpoſitionē: ad quā pōtifex cū mitra ſedens dicit.

In noīe dn̄i. Ego licet peccator tn̄ ep̄s: p hāc man⁹ īpoſitionē reſtituo tibi cariſſimo fratri priuilegiū clericale ⁊ executionē ordinū et graduū Hoſtiariat⁹. Lectoratus Exorciſtat⁹. Acolytat⁹ ⁊ Subdiaconat⁹: quib⁹ fueras iuſte priuat⁹ et ab eis depoſit⁹: vt āmodo digne poſſis cuſtodire hoſtia dom⁹ dn̄i cū oībus que intra retinēt᷑: et diſtincte legere de codice audiente populo dei. ⁊ ab hinc īantea habeas poteſtatē īponendi manus ſup energumīos ſiue cathecumīos ſeu baptizatos. ⁊ poſſis digne accendere luminaria eccleſie: ⁊ ante Euangeliū portare ⁊ dicere ꝓphetias ⁊ ep̄l'as ad miſſas: ⁊ miniſtrare Diacono ac pb̄ro vel Ep̄o: atqꝫ offerre eis īmaculatā hoſtiā ad altare dn̄i: caſte viuendo: q2 ſcriptū eſt. Mūdamini q fertis vaſa dn̄i. Tū bn̄dicit ei vt ſup̄. quo facto ille oſculat᷑ manū dexterā pontificis: ſurgit ⁊ diſcedit.

Executiōis ꝟo Diaconatus: ſubdiaconat⁹ ⁊ minorū ordinū ac priuilegij clericalis reſtitutio: fit ſilr̄ p oīa ꝑut ſup̄: vſqꝫ ad man⁹ impoſitionē: ad quā pōtifex ſedens cū mitra dicit.

In noīe dn̄i. Ego licet peccator: tn̄ ep̄s: p hāc man⁹ īpoſitionē: reſtituo tibi cariſſimo fratri priuilegiū clericale ⁊ executionē ordinū et graduū Hoſtiariat⁹: Lectoratus Exorciſtat⁹: Acolytat⁹: Subdiaconat⁹ ⁊ Diaconat⁹ quib⁹ fueras iuſte priuat⁹ et ab eis depoſit⁹: vt caſte viuēdo ab hinc īantea poſſis digne cu-

ſtodire oſtia domꝰ dñi cũ oı-
bus q̃ intra retinent̃: ⁊ diſtin
cte legere de codice audiente
pplo dei: ⁊ habeas ptãtẽ ipo-
nẽdi manꝰ ſupꝑ energuminos
ſiue cathecuminos ſeu bapti
zatos: ⁊ poſſis digne accẽde-
re lumĩaria eccleſie ⁊ ante euã
geliũ portare: ac dicere ꝓphe-
tias ⁊ Epl'as ac lectionẽ euan
gelicã ad miſſas ⁊ in eis mini
ſtrare pbr̃o: vel ep̃o: ⁊ fũdere
aquã ĩ eucharistiã ſanguinis
xp̃i. Tũ bñdicit ei vt ſup. quo
facto ille oſculat̃ manuz dex-
trã põtificis ſurgit ⁊ diſcedit

Executiõis aũt Pbr̃atus
Diaconatꝰ: Subdiaco-
natus ⁊ minoꝝ ordinũ ⁊ pri-
uilegij clericalis reſtitutio fit
ſilr̃ ꝑut ſup̃: vſq; ad manꝰ
impoſitionẽ: in qua pontifex
cum mitra ſedens dicit.

In noĩe dñi. Ego q̃zuis pec
cator tñ Ep̃s: ꝑ hãc manꝰ
ĩpoſitionẽ reſtituo tibi cariſ-
ſimo fratri priuilegiũ clerica
le ⁊ executionẽ ordinũ ⁊ gra-
duuz Hoſtiariatꝰ: Lectoratꝰ:
exorciſtatꝰ: Acolytatꝰ ſubdia
conatꝰ: Diaconatꝰ ⁊ Pbr̃atꝰ q
bꝰ fueras iuſte depoſitꝰ ⁊ pri-
uatꝰ: vt ãmodo poſſis digne
cuſtodire oſtia domꝰ dñi cuz
oĩbꝰ q̃ intra retinent̃: ⁊ diſtin
cte legẽ d̃ codice audiẽte pplo
dei: ⁊ ab hinc inantea habeas
ptãtẽ ĩponẽdi manꝰ ſupꝑ ener-
guminos ſiue cathecuminos
ſeu baptizatos: ⁊ poſſis digne
accẽdere lumĩaria eccl'ie ⁊ an-
te euãgeliũ portare: ac dicẽ ꝓ
phetias et Epl'as ac lectionez
euãgelicã ad miſſas: ⁊ ĩ eis mi
niſtrare diacono pbr̃o ⁊ ep̃o
atq; offerre eis ĩmaculatã ho
ſtiã ad altare dñi: caſte viuen
do: q2 ſcriptũ ẽ. Mundami q
fertꝭ vaſa dñi. ⁊ fũdere aquã ĩ
eucharistiã ſanguinis xp̃i: ac
miſſas celebrare ꝓ viuis atq;
defũctis: acceptabiles quoq;
hoſtias offerre deo ⁊ miniſte
riũ pbr̃ale deuote ꝑficẽ: p̃ſtã-
te dño nr̃o Jeſu xp̃o q viuit ⁊
regñ ⁊c̃. Tũ bñdicit ei vt ſup̃.
quo facto ille oſculat̃ manuz
dextrã põti. ſurgit ⁊ diſcedit.
Nũc de degdatiõe ſubijcimꝰ.

Si clericꝰ ſm primã formã
ſñialiter depoſitꝰ: ĩcorri-
gibil' appareat: debet excõica-
ri. Et ſi poſtmodũ ĩ ꝓfundũ
maloꝝ veniẽs cõtẽpſerit: tũc
vt cũ eccleſia nõ habeat vltra
qd faciat: pontifex debet illũ
degdare: ⁊ curie ſeculari relin
quere. q̃ degdatio fit hoc mõ
Degradãdus ĩdumẽtis ſacer
dotalibꝰ ſi ſacerdos ſit idutꝰ
vl' diaconalibꝰ ſit ſit diaconꝰ
⁊ ſic de reliq̃s ordinibꝰ ⁊ ĩdu-
mẽtis. offert̃ põtifici. ponti-
fex vo q̃ſi exequẽdo ſñiaz de-
poſitiõis in illũ dudũ ꝓlatã:
p̃ñte iudice ſeculari: cui deg-

dãdus debet reliqui: publice
abradit cũ vitro: cultello vel
alio hmõi leuit: ſine ſanguis
effuſiõe loca manuũ illi⁹: q̃ in
collatiõe ordinũ iũcta fuerũt
⁊ etiã tonſuraꝫ ſi velit. Et ꝯſe-
quẽter ſeriati ⁊ ſigillati detra
bit illi oĩa ĩſignia ſiue ſacra or
namẽta q̃ i ordinũ ſuſceptiõe
recepit. ⁊ demũ exuit illũ ha-
bitu clericali: ⁊ induit laicali:
dicẽs publice iudici ſeculari
pñti vt illuꝫ ꝓpter ſcelera ſua
ſic dpoſitũ: degradatũ: expo
liatũ ⁊ exauctoratuꝫ: in ſuũ ſi
velit forũ recipiat. ¶ Et ē no-
tanduꝫ ꝙ ĩ hac executiõe ſnĩe
nõ ē neceſſaria coep̃oꝝ pñtia
nõ ē etiã vis ſiue in eccl'ia fiat
ſiue extra ĩ platea. ſiue ponti-
fex degradãs indut⁹ ſit põti-
ficalib⁹ ornamentis ſiue nõ. ⁊
talis degdatio ſolẽnis depo-
ſitio vocat̃. ꝓprie tñ loquẽdo
qs a dignitatib⁹ et honorib⁹
deponit̃: ſꝫ ab ordinib⁹ degra
dat̃. ⁊ poſt talẽ degradationẽ
iuſte ⁊ rite factã. ſol⁹ roman⁹
põtifex cuꝫ tali diſpẽſat. Ep̃s
tñ ante ipſã inſigniũ detracti
onẽ: ⁊ etiã poſt ſnĩe depoſiti-
onis ꝓlationẽ: diſpẽſare ⁊ re-
ſtituere ſolo verbo põt. ſicut
⁊ vbalit̃ dpoſit⁹ fuit: vt p̃miſ
ſum ē. ¶ Sꝫ ſi priuſq̃ ſecula-
ris iudex in illũ aĩaduerterit.
talis depoſitio ⁊ degdatio ĩ-
iuſta vl' nulla ĩueniat̃: tũc nõ
ſolũ verbo ſꝫ etiã facto ſm ea
q̃ p̃miſſa ſũt: diſpẽſatio et re-
ſtitutio fiat. ⁊ ĩſignia ſibi de-
tracta ſeriati: ſigillati ⁊ ſolẽni
ter ei corã altari reſtituãt̃. Et
ſi ſit ep̃s: recuperabit Orariũ
Baculũ. annulũ. ſandalia. mi
trã. ⁊ alia inſignia põtificalia
Si pbr̃ Orariũ ⁊ planetã. Si
diacon⁹ Orariũ ⁊ dalmaticã.
Si ſubdiacon⁹ tunicellã ⁊ ma
nipulũ. ⁊ reliq grad⁹ ĩ reſtitu
tiõe ſua recuperãt ea: q̃ cũ or-
dinarẽt̃ receperũt. Poterit tñ
ꝗ ꝯuenienti⁹ videt̃ ad aliorũ
terrorẽ actual' degradatio ſic
fieri. In p̃mis ĩ publico extra
eccleſiã parat̃ aliqs eminens
cõgruẽtis ſpacij loc⁹ ꝓ degra
datiõe fiẽda: ſup̃ quẽ ordinat̃
vna credẽtia ſimplici tobalea
coop̃ta: ſup̃ quã ponũt̃ ãpul
la vini. Ampulla aq̃. Calix cũ
patena ⁊ hoſtia. Unũ vas vi-
ni. Unũ vas aq̃. Liber euãge-
lioꝝ. Liber ep̃laꝝ. Bacile cuꝫ
bucali ⁊ mãtili. Unũ candela
brũ cũ cãdela extincta. Liber
exorciſmorũ. Liber lectionũ.
Claues. Ãnariũ Forficeſ. Cul
tell⁹ ſeu pecia vitri. Paramẽta
ꝓ degradãdo vꝫ. ſi degradan
dus ſit archiep̃s ordinẽt̃ ſup̃
dictã credẽtiã. ſuppelliciũ. ſã
dalia cũ caligis. amict⁹. alba.
cingulũ. manipul⁹. tunicella
ſtola dalmatica. cirotece. alia
ſtola. plãeta. mitra. ãnul⁹ põ

tificalis· palliuʒ· baculus pa-
ſtoralis· ⁊ aliqua veſtis habi
tus ſecularis· Si vero degra-
dādus nō ſit Archiepiſcopꝰ:
ſed epiſcopꝰ tm̄: obmiſſo pal-
lio ponūt̄ ſup Credentiā oīa
alia predicta· Si vero preſby
ter tm̄: obmiſſis pallio ⁊ aliiſ
pontificalibꝰ paramētis pre-
dictis ponunt̄ ibideʒ oīa alia
ꝑdicta· Idem in aliis ordini-
bus etiā in ordinatiōe Credē
tie obſeruat̄· Item parat̄ ī di-
cto loco faldiſtoriū pro pon
tifice degradatore· Sedilia ꝑ
officialibus· Vocantur ⁊ ibi-
dem adſint miniſtri pontifi-
cis· Iudex ſecularꝭ cui degra-
datus cōmittitur· Notarius
qui proceſſum degradatiōis
legit: ſi opus erit vel pontifi
ci placet: ⁊ barbitonſor· Hora
cōgruenti ducitur degradan
dus ſiue ſit Archiepiſcopus:
ſiue quicūqʒ alius: quotidia-
no ſuo habitu indutus: ſup
dictum locum ad hoc ꝑpara-
tum: vbi cū fuerit ſoluit̄: ⁊ li-
ber ibidem manet· Tum a cle
ricis induit̄ omnibꝰ paramē-
tis ſui ordinis: vt ꝑmittit̄ ſu-
pra Credentiā ordine ſuo po-
ſitis: incipiendo a ſuperpelli
cio ⁊ cōtinuādo vſqʒ ad vlti-
mū paramentuʒ ſui ordinis·
Quo ſic induto: Pontifex de
gradator īdutus Amictu: al-
ba: cingulo: ſtola: et pluuiali
rubeis: ac mitra ſimplici: ba-
culum paſtoralē ī ſiniſtra te-
nens: aſcendit ad locū predi-
ctum: ⁊ ibidem ſedet in faldi-
ſtorio in cōuenienti loco ſibi
parato: verſus ad populum
aſtāte ſibi iudice ſeculari· Tū
degradandus ſiue Archiepiſ
copus fuerit ſiue alius: om-
nibus ſui ordinis veſtibꝰ ſa-
cris indutuſ: ⁊ ſingulis orna
mētis ornatus: habēs in ma-
nibus ornamentū ad ordinē
ſuū ſpectans: ac ſi deberet in
ſuo officio miniſtrare: addu-
citur ante pontificē corā quo
genuflectit· Tum pontifex vt
ſupra ſedens: populo in vul-
gari notificat degradationiſ
huiuſmodi cauſaʒ· Deinde cō
tra degradādū ſententiā fert
ī hec verba: ſi ſit ſacerdos dia
conus: ſubdiaconꝰ vel clericꝰ
⁊ prius hmōi ſnīa lata nō ſit·

In noīe patris ⁊ filij et ſpi-
ritus ſancti Amen· Quia
nos· N· dei ⁊ aplīce ſedis gr̄a
ep̄s· N· ꝑ viā accuſatiōis: vel
denūciatiōis: aut inquiſitio-
nis cognoſcētes de tali crimi
ne: cōtra talē pbr̄m: vel diaco
nū vel ſubdiaconuʒ ſeu cleri-
cum ꝓpter ipſius cōfeſſioneʒ
aut legitimas probationes:
euidēter inuenimus eū ipſuʒ
crimen cōmiſiſſe: quod cum

nō ſoluꝫ grande ſed etiā dam
nabile ⁊ damnoſuꝫ ſit: ⁊ adeo
enorme ꝙ exinde nō tm̄ diui-
na maieſtas offenſa: ſꝫ ⁊ vni-
uerſa ciuitas cōmota eſt. ⁊ ob
hoc indignus officio ⁊ bene-
ficio eccleſiaſtico ſit reddit⁹.
Idcirco nos auctoritate dei
oīpotentis patris ⁊ filij ⁊ ſpi
ritus ſancti ⁊ noſtra: ipſū oī
huiuſmōi officio ⁊ beneficio
eccleſiaſtico ſententialiter p-
petuo priuam⁹ ī his ſcriptis
ipſumqꝫ ab illis verbo depo
nimus: ⁊ pronūciamus reali
ter ⁊ actualiter ſcd̄m traditio
nem canonū deponendum ⁊
degradanduꝫ. Qua ſententia
ſic vt p̄fertur lata pōtifex de-
gradator aufert ab illo ſingu
la ornamenta ſibi iuxta ordi-
nem ſuuꝫ tradita: inchoando
ab vltimo ornamēto: ⁊ deſcē-
dendo gradatim ꝯtinuās vſ-
qꝫ ad primū qđ in p̄ma tōſu-
ra ſibi datū fuit hoc ordine.

¶ Degradatio ab ordi-
ne pontificali.

Si degradandus ſit Archi
epus pōtifex degdator
aufert ab eo palliū ſic dicēdo

Prerogatiua pontificalis
dignitatis que in pallio
deſignat᷑: te exuimus q꞉ male
vſus es ea. Deide vel ſi degra
dandus ſit epiſcop⁹ tm̄. pon
tifex degdator amouet ei mi-
tram dicendo.

Mitra: pontificalis digni
tatis videlicet ornatu:
q꞉ eam male pſidēdo fedaſti:
tuū caput denudam⁹. Dein-
de vn⁹ ex miniſtris tradit de-
gradando librū Euangelioꝝ
quē pontifex degradator au-
fert de manib⁹ degradādi di-
cens.

Redde Euangeliū:
q꞉ p̄dicandi officio quo
ſpreta dei gratia te indignuꝫ
feciſti: te iuſte priuam⁹. Dein
de pontifex degradator amo
uet annuluꝫ de digito degra-
dandi ſic dicens.

Annulū fidei ſcilicet ſigna
culū: tibi digne ſubtrahi
mus: q꞉ ipſaꝫ ſponſam dei ec-
cleſiam temere violaſti. Tum
vn⁹ ex miniſtris tradit degra
dando in man⁹ baculū paſto
ralem: quē mox pontifex de-
gradator tollit de manib⁹ de-
gradandi dicens.

Auferimus a te baculū pa
ſtoralē: vt perinde corre-
ctionis officium qđ turbaſti
nō valeas exercere. Deinde ex
tractis ſibi p miniſtros ciro-
thecis. pontifex degradator
abradit degradando pollices
et manus leuiter cuꝫ cultello
aut vitro dicens.

Sic ſpiritualis benedictio
nis delibutiōis myſtice
gratia: quantuꝫ ī nobis eſt te

priuamus:vt ſanctificandi ⁊ benedicẽdi ꝑdas officiũ ⁊ effectum. Poſt hec põtifex degradator cũ eodem cultello aut vitro abradit leuiter caput degradandi dicens.

Conſecrationẽ et benedictionẽ ac vnctionẽ tibi traditã radendo delem⁹: ⁊ te ab ordine pontificali quo inhabilis es reddit⁹ abdicam⁹.

Tum degradando per miniſtros extrahunt ſandalia.

Degradatio ab ordine preſbyteratus.

Miniſtri tradũt in manus degradãdi Calicẽ cũ vino ⁊ aqua: ac patena ⁊ hoſtia quẽ pontifex degradator aufert de manibus degradandi dicens.

Amouemus a te quin potius amotã eſſe oſtẽdim⁹: poteſtatẽ offerẽdi deo ſacrificiũ: miſſamq̃ celebrãdi tam ꝓ viuis q̃ ꝓ defũctis. Deinde põtifex degradator abradit leuiter cũ cultello vel vitro pollices et indices vtriuſq̃ manus degradandi dicens.

Poteſtatẽ ſacrificãdi: cõſecrandi: ⁊ bñdicẽdi: quã ĩ vnctiõe manuũ ⁊ pollicũ recepiſti: tibi tollim⁹ hac raſura. Quo dicto põtifex degradator accipit caſulã ſiue planetã ꝑ poſteriorẽ partẽ capucij ⁊ degradandũ exuit dicens.

Veſte ſacerdotali charitatẽ ſignante: te merito expoliamus: q2 ipſam ⁊ oẽm innocentiã exuiſti. Tũ põtifex degradator aufert a degradãdo Stolam dicens.

Signũ dñi ꝑ hãc ſtolã ſignatũ: turpiter abiecisti. Ideoq̃ ipſam a te amouem⁹: quẽ inhabilem reddim⁹ ad oẽ ſacerdotale officiũ exercẽdũ.

Degradatio ab ordine Diaconatus.

Miniſtri tradũt degradãdo in man⁹ librũ Euangeliorũ: quẽ põtifex degradator tollit de manib⁹ eius dicẽs.

Amouemus a te poteſtatẽ legẽdi Euangeliũ ĩ eccleſia dei: q2 id nõ competit niſi dignis. Tũ põtifex degradator exuit degradandum Dalmatica dicens.

Leuitico ordine te priuamus: q2 tuũ ĩ eo miniſteriũ nõ ĩpleuiſti. Deinde pontifex degradator amouet degradãdo ſtolam de humeris proijciẽs eã poſt tergũ dicẽs.

Stolam candidã quã acceperas ĩmaculatam: in cõſpectu domini perferendam: quia nõ ſic cognito myſterio exemplũ cõuerſatiõis tue fidelib⁹ nõ ꝓbuiſti: vt plebs dicata xp̃i nomĩe: poſſit exinde

imitationē acquirere: iuſte a te amouem⁹ omne Diaconatus officiū tibi ꝓhibētes.

Degradatio ab ordine Subdiaconatus.

Miniſtri tradūt in manuſ degradādi librū eplaꝝ quem pōtifex degradator de manib⁹ illi⁹ accipit dicens.

Auferim⁹ tibi poteſtatē legendi Epiſtolā ī eccleſia dei: qꝛ hoc miniſterio īdign⁹ es redditus. Tū pontifex degradator exuit degradanduꝫ Tunicella dicens.

Tunica Subdiaconali te exuimus: cui⁹ cor ꝛ corpus timor dn̄i: caſtus et ſanctus ineternū permanēs: nō conſtruxit. Deinde pontifex d̄gradator accipit a degradādo Manipulū dicens.

Depone Manipuluꝫ qꝛ ꝑ fructus bonorū operū quos deſignat: nō expugnaſti ſpiritalis īſidias inimici. Tum pontifex tangēs Amictum degradandi dicit.

Quia vocem tuā nō caſtigaſti: ideo Amictuꝫ a te auferim⁹. Poſt hec vn⁹ ex miniſtris tradit in man⁹ degradando Urceolos cum vino ꝛ aqua: ac bacile cum manutergio: ac Calicē vacuū cū Patena. Tū Archidiacon⁹ tollit de manu degradandi Urceolos cuꝫ vino ꝛ aqua: ac bacile cū bucali ꝛ manutergio. Pontifex vero calicē vacuū ꝛ patenam tollit dicens.

Poteſtatē introeūdi ſacrariū: tangēdi pallas: vaſa ꝛ alia īdumēta ſacra: omneqꝫ Subdiaconat⁹ miniſteriū exercēdi a te amouem⁹. Deinde miniſtri exuūt degradanduꝫ Cingulū: Albā ꝛ Amictum.

Degradatio ab ordine Acolytatus.

Unus ex miniſtris tradit in man⁹ degradādo Urceolū vacuū quē pontifex degradator tollit de manib⁹ illius dicens.

Immunde: vinū ꝛ aquā ad eucbariſtiā decetero non miniſtres. Tū vn⁹ miniſtrorū tradit in man⁹ degradādo candelabrū cū cereo extincto qd̄ pontifex degradator accipit de manib⁹ illius dicens.

Dimitte ꝑferendi viſibile lumen officiuꝫ: q ꝓbere ſpirituale morib⁹ neglexiſti: ac vniuerſum Acolytatus officium bic depone.

Degradatio ab ordine Exorciſtatus.

Unus ex miniſtris tradit degradando ī manus librum Exorciſmorū: quē pontifex degradator tollit de manibus illius dicens.

Priuamus te poteſtate im ponendi manū ſup ener guminos: ⁊ demones de obſeſſis corporibus expellendi omni tibi exorciſtatꝰ officio interdicto.

Degradatio ab ordine Lectoratus.

Unus miniſtrorū tradit degradando in manus librum Lectionū: quem pontifex degradator tollit de manibus illius dicens

In eccleſia dei nō legas vlteriꝰ: neqꝫ cantes: neqꝫ panes aut fructus nouos vllatenus benedicas: quia tuum officiū nō impleuiſti fideliter ⁊ deuote.

Degradatio ab ordine Oſtiariatus.

Unus ex miniſtris tradit degradādo in manꝰ claues eccleſie: quas pōtifex degradator tollit de manibꝰ illius dicens.

Quia in clauibus erraſti: claues dimitte: et quia hoſtia cordis tui male demonibꝰ obſeraſti: amouemꝰ a te officiū Hoſtiarij: vt nō ꝑcutias cymbalū: nō aperias eccleſiā: nō ſacrariū: nō librum amplius ꝓdicanti.

Degradatio a pma tōſura.

Pontifex dgradator extrabit degradādo ſuperpelliciū dicens.

Auctoritate dei oīpotētis patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti ac noſtra tibi auferimꝰ habitū clericalē: ⁊ nudamꝰ te religionis ornatu: atqꝫ deponimus: degradamꝰ: ſpoliamꝰ ⁊ exuimuſ te oī ordine: bñficio ⁊ priuilegio clericali: et velut clericalis ꝓfeſſiōis indignū: redigimꝰ te ī ſeruitutē ⁊ ignominiā habitꝰ ſecularꝭ ac ſtatꝰ.

Tū pōtifex degradator cum forficibꝰ tondere incipit: ⁊ ꝑ barbitonſorē ibidē pñtē totaliter tōderi facit caput degradandi dicens.

Te velut ingratū filium a ſorte dñi ad quā vocatꝰ fueras abijcimꝰ: ⁊ coronā tui capitis: regale quidē ſignū ſacerdotij: d tuo capite amouemus ꝓpter tui regiminis prauitatē. Deinde ſi velit pōtifex

Quod ore cātaſti (dicit) corde nō crediſti: nec ope ipleuiſti: ideo cantādi officiū ī eccleſia dei a te amouemus. Tū miniſtri pontificis exuūt degradatū veſte ⁊ habitu clericali: ⁊ ipſū induunt habitū ſecularē. Quo facto ſi fuerit talis caſus ꝙ degradatus iuxta ꝯſtitutiōes Innocētij pape. iij. tradi debeat curie ſeculari. pōtifex degradator degradatū ampliꝰ nō tāgit: ſꝫ

in hunc modū contra ipſum pronunciat dicens.

Pronūciamus vt hūc exutum omni ordine ac priuilegio clericali: curia ſecularis in ſuū forum recipiat degradatum. Tum pontifex degradator efficaciter et ex corde: omni inſtantia pro miſerrimo illo derelicto intercedit apud iudicem ſecularē: vt citra mortis periculū: vel mutilationis contra degradatū ſententiā moderet̄: dicens.

Domine iudex: rogamus vos cum oī affectu quo poſſumus: vt amore dei: pietatis ꝛ miſericordie intuitu ꝛ noſtroꝝ interuentu precaminum: miſerrimo huic nullū mortis vel mutilatiōis periculū inferatis. Quo facto miniſtri curie ſecularꝰ degradatum ſub ſua cuſtodia recipiunt: ꝛ diſcedunt.

¶ Ordo excōmunicandi ꝛ Abſoluēdi.

Notandū ꝙ triplex eſt excōmunicatio videlicet: Minor. Maior. et Anathema. Minor excōicatio cōtrahitur per ſolam participationem cū excōmunicato: ꝛ a tali poteſt ſimplex ſacerdos abſoluere abſq; iuratoria cautione. taliter autem excōmunicatus confiteatur proprio ſacerdoti dicens.

Confiteor deo: et tibi. N. ꝙ ſum excōmunicatus quia participaui tali excōmunicato in oratiōe vel locutione. vel bibendo. vel comedendo cū eo. Sacerdos vero abſoluēs eum: dicit huiuſmodi vel equipolentia verba.

Auctoritate dei omnipotētis: ꝛ mihi cōceſſa: abſoluo te a vinculo huiꝰ excōmunicationis: quā confeſſus es ꝛ a qualibet alia ſimili: ſi qua teneris: inquantū poſſum et debeo: ac reſtituo te eccleſiaſticis ſacramentis. In nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritꝰ ſcti.

¶ Maior vero excōmunicatio quā Pontifex per ſententiam ſcriptam legendo ꝓmulgat: hoc modo profertur.

Cum ego. N. talē primo ſecundo: tertio et quarto: ad malitiam cōuincendā: legitīe monuerim: vt tale qd faciat: vel non faciat: ipſe vero mandatū huiuſmodi contempſerit adiplere: quia nil videret̄ obedientia prodeſſe humilibus: ſi contēptus cōtumacibus nō obeſſet. Idcirco auctoritate dei omnipotētis patris et filij ꝛ ſpiritus ſancti: ꝛ beatorum Apoſtolorum Petri ꝛ Pauli: ꝛ omniū

ſanctoꝛū: exigente ipſius cō-
tumacia: ipſum excōmunico
in his ſcriptis: ⁊ trādiu ipſum
vitanduʒ denūcio: donec ad-
ipleuerit qđ mandať vt ſpūs
eius in die iudicij ſaluꝰ fiat.

¶ Circa abſolutionē vero ab
hac maioꝛi excōicatione: ſiue
a canone: ſiue ab homie ꝓlata
tria ſūt ſpecialiter attendēda
Primuʒ eſt: vt excōicatus iu-
ret ante oīa parere mandatis
eccleſie: ⁊ ipſius abſoluentis
ſuꝑ eo ꝓpter qđ excōicatiōis
vinculo eſt ligatus. ⁊ ſi ꝓpter
manifeſtam offenſaʒ excōica-
tus ſit: qđ ante oīa ſatiſfaciat
cōpetenter. Secunduʒ eſt: vt
recōciliet̄: qđ fieri debet hoc
modo. Excōicatus nāqȝ vbi
ſic fieri ſolitū eſt: exutus vſqȝ
ad camiſiā ante foꝛes eccleſie
coꝛā pontifice ipſū abſolue-
re volente: qui indutus Ami
ctum: ſtolaʒ: pluuiale viola-
tiū: ⁊ mitrā ſimplicē ſedet ſu-
per faldiſtoꝛiū ante pꝛincipa
lem poꝛtā eccleſie ſibi paratū
genuflexꝰ: detecto capite hu-
militer abſolutionem petit.
Pontifex vero pꝛimū accipit
ab eo iuramentū de parendo
mandatis eccleſie. deinde ac-
cepta ī dextra manu virga di
(cit pſ.

Miſerere mei deꝰ ſm̄ magnam miſericoꝛ-
diā tuā. Totus dicit̄ cū Glo-
ria pꝛi. et Sicut erat. Aliꝰ pſ.

Deus miſereať noſtri ⁊ be
nedicat nobis: illumīet
vultuʒ ſuum ſuꝑ nos ⁊ miſe-
reatur noſtri.

Ut cognoſcamus ī terra viā
tuam: in omnibus gentibus
ſalutare tuum.

Confiteant̄ tibi populi deꝰ:
cōfiteant̄ tibi populi oēs.

Letent̄ et exultēt gentes qm̄
iudicas populos in equitate
⁊ gentes in terra dirigis.

Cōfiteant̄ tibi populi deus
cōfiteantur tibi populi oēs:
terra dedit fructum ſuū.

Benedicat nos deus deꝰ no-
ſter benedicat nos deꝰ: ⁊ me-
tuant eū omnes fines terre.

Gloꝛia patri. Sicut erat.

Et in quolibet verſu pōtifex
cum virga leuiter inter ſpatu
las verberat abſoluendū. Fi-
nitis pſ. depoſita mitra ſur-
git pontifex ⁊ dicit.

Kyrieleyſon. Xp̄eleyſō. Ky-
rieleyſon. Pater noſter. ℣.
Et ne nos inducas in tēpta-
tionem. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
Saluum fac ſeruum tuuʒ vel
ancillam tuam domine. ℟.
Deus meus ſperantē in te. ℣.
Nihil pꝛoficiat inimicus in
eo vel in ea. ℟.
Et filiꝰ iniqtatꝰ nō nocebit ei.
℣. Eſto ei dñe turris foꝛti-

tudinis. ℟. A facie inimici. ℣.
Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟.
Et clamoꝛ me⁹ ad te vẽiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus.
Deus cui pꝛopꝛiũ eſt miſe
reri ſemꝑ ⁊ parcere: ſuſci
pe depꝛecationẽ noſtram: et
hũc famuluꝫ tuũ. vel famulã
tuã: quem vel quã excõmuni-
cationis cathena cõſtringit:
miſeratio tue pietatis abſol-
uat. Per xp̃m dñm noſtrum.
℟. Amẽ. Alia oꝛo. Oꝛemus.
Preſta queſumus domine
huic faml'o tuo: vel huic
famule tue: dignũ penitentie
fructuꝫ: vt eccleſie tue ſancte:
a cuius integritate deuiarat
peccando: amiſſoꝛũ veniã cõ
ſequendo: reddat̃ innoxius.
Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amẽ.
Deinde ſedet põtifex ⁊ accep-
ta mitra dicit.
Auctoꝛitate dei oĩpotẽtis
⁊ beatoꝝ Apoſtoloꝝ Pe
tri ⁊ Pauli: ac eccleſie ſue ſan-
cte: et ea qua fungoꝛ: abſoluo
te a vinculo talis excõmuni-
cationis: qua ex tali cauſa li-
gatus eras. In noĩe patris: ⁊
filij: ⁊ ſpiritus ſancti. Deinde
ſurgit pontifex cũ mitra ⁊ ap
pꝛehendens abſolutũ ꝑ dex-
tram manuꝫ introducit eũ in
eccleſiam dicens.
Reduco te ĩ gremiũ ſancte
matris eccleſie: et ad cõſoꝛtiũ
⁊ cõmunionẽ totius chꝛiſtia-
nitatis: a quibus fueras per
excõmunicationis ſententiaꝫ
eliminatus: ⁊ reſtituo te par-
ticipationi eccleſiaſticoꝛũ ſa-
cramentoꝛũ. In noĩe patris:
⁊ filij: ⁊ ſpirit⁹ ſcti. ¶ Tertiũ
eſt: ꝙ abſoluto fieri debẽt iu
ſta ⁊ rationabilia ꝑcepta. Cir
ca qđ cõſiderandũ eſt. Utruꝫ
ipſe fuerit ligat⁹ a canone vel
ab homine. Si a canone: ſatiſ
facto ei quem leſit: iniungen-
dum eſt ſibi ne vlteri⁹ contra
illũ canonẽ faciat. Quãdoqꝫ
tamen cogendus eſt de iure:
ſufficienter ſuꝑ hoc cauere.
Si vero excõmunicat⁹ aucto-
ritate apoſtolica: habeat tem
poꝛale impedimentũ: quomi
nus ad ſedeꝫ apoſtolicã acce-
dere poſſit: ⁊ ꝓpterea ab oꝛdi
nario abſoluat̃: tũc iniũgen-
dũ eſt abſoluto: vt ſtatim im
pedimento ceſſante debeat ſe
ſũmo Pontifici ꝑſentare: vel
eius legato. mandatuꝫ illius
ſuꝑ hoc impletur⁹. qđ tamẽ
in pueris ⁊ mulierib⁹: ⁊ ſimi-
libus nõ ſeruat̃. qui ſicut per
petuũ habent impedimentũ:
ꝑpetuo excuſant̃. Si vero ali
quis ligatus eſt ab homĩe: et
tunc aut offenſa eius eſt ma-
nifeſta: tunc ſatiſfacere debet
pꝛiuſꝙ̃ abſoluat̃. aut eſt du-

dia: et tūc ſi poſt abſolutionē
apparuerit ipſum iniuſte fuiſ-
ſe ligatum: nihil omnino p̄ci
piendum eſt ei. Si vero appa
ruerit ipſum iuſte fuiſſe liga-
tum: p̄cipiendum eſt ei ꝙ ſa-
tiſfaciat cōpetēter. ¶ Quādo
vero anathema ideſt ſolēnis
excōmunicatio pro grauiori-
bus culpis fieri debet. Pon-
tifex paratus Amictu: ſtola:
pluuiali violatio: et Mitra
ſimplici: aſſiſtentibꝫ ſibi duo
decim preſbyteris ſuperpelli
ciis indutis: ⁊ tā ipſo q̄ȝ preſ
byteris candelas ardentes in
manibus tenentes. ſedet ſup
faldiſtoriuȝ añ altare maius:
aut alio loco publico vbi ma
gis ſibi placebit: ⁊ ibi pronū-
ciat et profert anathema hoc

Quia talis dia- (modo.
bolo ſuadente: chriſtia
nam promiſſionē quā in bap
tiſmo profeſſus eſt: per apo-
ſtaſiam poſtponens: eccleſiā
dei vaſtare: eccleſiaſtica bo
na diripere: atqȝ paupes xp̄i
violenter opprimere nō vere
tur. Idcirco ſolliciti: ne p ne-
gligentiam paſtoralē pereat:
pro quo in tremendo iudicio
rationē reddere cōpellamur.
Iuxta quod dominꝰ ipſe ter-
ribiliter cōminatur dicens:
Si non annūciaueris iniquo
iniquitatem ſuaȝ: ſanguinem
eius de manu tua requiram.
Monuimus eum canonice.
Primo. Secundo. Tertio. et
etiā Quarto. ad eius maliciā
cōuincendā: ipſum ad emen-
dationē: ſatiſfactionem: ⁊ pe-
nitentiā inuitantes: ⁊ paterno
affectu corripientes. Ipſe ve-
ro prohdolor: monita ſaluta
ria ſpernens: eccleſie dei quā
leſit: vel de hoc ſuperbie ſpi-
ritu inflatus: ſatiſfacere dedi
gnatur. Sane p̄ceptis domi-
nicis atqȝ apoſtolicis infor-
mamur: quid de huiuſmodi
preuaricatoribus agere nos
oporteat. Ait enī dominus.
Membrū quod a ſua cōpage
reſoluitur: ⁊ a iunctura chari
tatis diſſociatur. ⁊ omne cor
pus qd̄ ſcandalizat: erue ipm̄
et proiice abſte. Et Apoſtolꝰ
inquit. Auferte malum a vo-
bis. Et iteruȝ. Si quis frater
nominat̄ eſſe fornicator: aut
adulter: aut homicida: aut ra
pax cū huiuſmodi nec cibum
ſumere licet. Et Iohānes pre
ceteris a xp̄o dilectus: talem
nepharium hominē ſalutare
ꝓhibet: dicens. Nec aue ei di-
xeris nec euȝ in domo tua re-
ceperis. Dominica itaqȝ p̄ce-
pta atqȝ apoſtolica adimplent̄
Si membrū putridum ⁊ inſa
nabile: qd̄ medicine fomenta
nō recipit: excōmunicatiōis

ferro: ab eccleſie coꝛpoꝛe ab-
ſcindat᷑: ne tā peſtifero moꝛ-
bo: reliqua coꝛpoꝛiſ membꝛa
veluti veneno inficiant᷑. Igit᷑
quia monita noſtra: crebꝛaſ-
q; exhoꝛtationes cōtempſit:
qꝛ tertio ſcdm dominicū pꝛe
ceptum vocatus: ad emenda
tionem ⁊ penitentiam venire
deſpexit: quia culpaȝ ſuā: nec
cogitauit: nec confeſſus eſt:
nec miſſa legatiōe: excuſatio-
nem aliquā pꝛetendit: nec ve-
niaȝ poſtulauit: ſed diabolo
coꝛ eius indurante: in cepta
malitia perſeuerat. Iuxta qđ
Apoſtolus dicit. Secunduȝ
duritiam ſuam ⁊ coꝛ impeni-
tens: theſaurizat ſibi iram in
die ire. Idcirco euȝ cum vni-
uerſis complicibus: fautoꝛi-
buſq; ſuis: iudicio dei omni-
potentis patris: ⁊ filij: ⁊ ſpi-
ritus ſcti. et beati Petri pꝛin-
cipis Apoſtoloꝝ: et omniuȝ
ſanctoꝝ: necnō ⁊ mediocrita
tis noſtre auctoꝛitate ⁊ pote-
ſtate: ligandi ⁊ ſoluendi in ce
lo et ī terra: nobis diuinitus
collata: a pꝛecioſi coꝛpoꝛis ⁊
ſanguinis domini pceptiōe:
et a ſocietate omniū chꝛiſtia-
noꝝ ſeparam⁹: ⁊ a liminibus
ſancte matris eccleſie: in celo
⁊ in terra excludimus ⁊ excō-
municatū ⁊ anathematizatuȝ
eſſe decernimus: ⁊ damnatuȝ
cum diabolo ⁊ angelis eius:
⁊ omnib⁹ repꝛobis: in ignem
eternum iudicamus donec a
diaboli laqueis reſipiſcat: et
ad emendationē ⁊ penitentiā
redeat: et eccleſie dei quā leſit
ſatiſfaciat: tradētes eū ſatha-
ne in interitu carnis: vt ſpiri
tus eius ſaluus fiat in die iu-
dicij. Et omnes reſpondent.
Fiat. Fiat. Fiat. Quo facto tā
pontifex q; ſacerdotes debēt
pꝛoijcere in terram candelas
ardentes: quas in manib⁹ te-
nebant. Deinde epiſtola pꝛeſ
byteris p parrochias: ⁊ etiaȝ
vicinis epiſcopis mittat᷑: cō-
tinens nomen excōmunicati
⁊ excōmunicationis cauſam:
ne quis per ignoꝛantiaȝ vlte-
rius illi cōmunicet: ⁊ vt excō-
municationis occaſio omni-
bus auferat᷑. ¶ Si vero ana-
thematizatus penitentia du-
ctus: veniā poſtulare volue-
rit: ⁊ emēdationē pꝛomittere
Pontifex qui eum excōmuni
cauit: paratus vt ſup: ante ia
nuas eccleſie venit: ſedēs ibi-
dem ī faldiſtoꝛio ſibi parato
et duodecim pſbyteri: cottis
induti: eū hincinde circūſta-
re debent. Adſint etiā illi qui
bus iniuria vel damnū eſt il-
latum: ⁊ ibidem ſm leges di-
uinas omne dānū cōmiſſum
emendet᷑. Tū anathematizat⁹

genuflectit coram pontifice:
quē interrogat pōtifex: ſi pe-
nitentiā prout canones preci
piūt: p perpetratis ſcelerib⁹
ſuſcipere velit. Ille tūc genu-
flexus: veniā poſtulat: culpā
confitetur: penitentiā implo
rat: ⁊ de futuris cautelā ſpō-
det. tunc pontifex ſedēs cum
mitra dicit cū miniſtris ſeptē
pſalmos penitētiales: quos
require ſup̄ ſub benedictione
Abbat⁊. Quib⁹ dictis pōtifex
depoſita mitra ſurgit ⁊ dicit.
Kyrieleyſō. Xp̄eleyſon. Ky-
rieleyſon. Pater noſter. ℣.
Et ne nos inducas. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
Saluum fac ſeruum tuū. vel
ancillam tuā domine. ℟.
Deus me⁹ ſperantē in te. ℣.
Nihil proficiat inimicus in
eo. vel in ea. ℟. Et fili⁹ iniqui
tat⁊ nō apponat nocere ei. ℣.
Eſto ei dn̄e turris fortitu-
dinis. ℟. A facie inimici. ℣.
Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟.
Et clamor me⁹ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oremus.
Deus cui propriū eſt mi-
ſereri ſemp ⁊ parcē: ſuſ-
cipe deprecationē noſtram: ⁊
hūc famulū tuū. vel famulaȝ
tuā: quē vel quā excōicatiōis
cathena cōſtringit: miſeratio
tue pietatis abſoluat. p xp̄m
dominū noſtrū. ℟. Amen.
Alia oratio. Oremus.
Preſta queſum⁹ dn̄e huic
famulo tuo. vel famule
tue: dignū penitētie fructum
vt eccleſie tue ſancte: a cui⁹ in
tegritate deuiarat peccando:
amiſſoꝝ veniaȝ cōſequendo:
reddat̄ inoxius. Per xp̄m do
minū noſtrum. ℟. Amen.
Deinde ſedet pōtifex ⁊ accep-
ta mitra dicit.
Auctoritate dei oīpotētis
⁊ beatoꝝ apl'oꝝ petri ⁊
pauli: ac eccleſie ſue ſancte: et
ea q̄ fungor: abſoluo te a vin
culo talis excōicationis qua
ex tali cauſa ligatus eras. In
noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcti.
Tum ſurgit cū mitra pōtifex
⁊ apprehendēs abſolutū per
dextrā manū: introducit euȝ
in eccleſiaȝ vſqȝ ante gradus
maioris altar⁊: interim dicēs
Reduco te ī gremiū ſancte
matris eccleſie: ⁊ ad con
ſortiū ⁊ cōmunionē toti⁹ chri
ſtianitatis: a quib⁹ fueras p
excōicatiōis ſententiā elimi-
natus: ⁊ reſtituo te participa
tioni eccleſiaſticoꝝ ſacramē-
torū. In noīe patris et filij et
ſpūs ſcti. Quo dicto: ⁊ ipſis
ante gradus maioris altaris
puentis. Ille ibidē ī inferiori
gradu altar⁊ genuflectit. pō-
tifex vero aſcendit ad altare:

vbi ſtans verſus ad introductum: depoſita mitra abſolure dicit. Oremus.

Maieſtatē tuā queſumus dn̄e ſancte pater oīpotens eterne deus: qui nō mortem peccatoꝝ: ſed penitentiā ſemꝑ inquiris: reſpice flentez famulū tuū: attende proſtratum: eiuſq3 planctū i gaudiū tua miſeratiōe cōuerte. Scinde delictoꝝ ſaccum: indue eū leticia ſalutari: vt poſt longā peregrinatiōis famem de ſanctis altarib⁹ ſacietur: ingreſſuſq3 cubiculuz Regis in ipſius aula benedicat nomen glorie tue ſemꝑ. Per xp̄m dn̄m nr̄m ℟. Amē. Alia orō. Oremus.

Deus miſericors: de⁹ clemēs: qui ſm multitudinem miſerationū tuaꝝ peccata penitentiū deles: ⁊ p̄teritorū criminū culpas venia tue miſeratiōis euacuas. Reſpice ſuꝑ hunc famulum tuū: ⁊ remiſſionē ſibi peccatoꝝ ſuoꝝ: tota cordis deuotiōe poſcentem depcatus exaudi: inoua i eo piiſſime pater: quicquid terrena fragilitate corruptuz ſeu diabolica fraude violatū eſt: ⁊ i vnitatē corporis eccleſie tue membroꝝ: perfecta remiſſiōe reſtitue. Miſerere domine gemituū: miſerē lachrymarū eius: ⁊ nō habentē fiduciam niſi in tua miſericordia: ad ſacramentū recōciliatiōis admitte. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Deinde pontifex ꝑducit ſignū crucis ſuꝑ introductū: qui ſurgit ⁊ diſcedit.

Ordo ad reconciliandum Apoſtatam. Sciſmaticū vel Hereticum.

Pontifex Apoſtataz Sciſmaticū vel Hereticum recōciliare volēs. parat⁹ Amictu: ſtola: pluuiali albo: ⁊ mitra ſimplici: ſedet ſuper faldiſtoriū ante fores eccleſie ſibi paratū. corā quo genuflectit reconciliandus: quē interrogat pontifex de fide dicens.

Credis duodecim articulos fidei? Ille reſpondet. Credo. pontifex interrogat.

Credis in deum patrē omnipotentē creatorem celi et terre? Ille reſpondet. Credo. pontifex interrogat.

Credis ⁊ in Jeſum xp̄m filiū eius vnicū dominū noſtrū? Jlle reſpondet. Credo. pontifex interrogat.

Credis ꝙ cōceptus eſt de ſpiritu ſctō natus ex Maria virgine? Jlle reſpondet. Credo. pontifex interrogat.

Credis ꝙ paſſus eſt ſub pōtio Pylato crucifix⁹ mortu⁹ ⁊

ſepult⁹? Ille reſpõdet. Credo
Pontifex interrogat.
Credis q deſcendit ad infe-
ros? Ille reſpondet. Credo.
Pontifex interrogat.
Credis q tertia die reſurre-
xit a mortuis? Ille reſpondet
Credo. Pontifex interrogat.
Credis q aſcẽdit ad celos ꝛ
ſedet ad dexteraꝫ dei p̃ris oī-
potentis? Ille r̃ndet. Credo.
Pontifex interrogat.
Credis q ventur⁹ eſt iudica
re viuos ꝛ mortuos? Ille r̃n-
det. Credo. Põtifex ĩtrogat
Credis in ſpiritũ ſanctum?
Ille reſpondet. Credo.
Pontifex interrogat.
Credis ſanctã eccleſiã catho
licam ſanctoꝝ cõmunionẽ?
Ille reſpondet. Credo.
Pontifex interrogat.
Credis remiſſionem omniũ
pctõꝝ? Ille reſpõdet. Credo.
Pontifex interrogat.
Credis carnis reſurrectio-
nem ꝛ vitã eternã? Ille r̃ndet.
Credo. Deinde põtifex ſurgit
cũ mitra: ꝛ ſup illũ genuflexũ
dicit: abſolute incipiens.
Exorcizo te ĩmũde ſpũs:
p deũ patrẽ oĩpotentẽ:
ꝛ p Jeſum xp̃m filiũ ei⁹: ꝛ per
ſpiritũ ſanctũ: vt recedas ab
hoc famlo dei: quem deus et
dñs nr̃ ab erroꝛib⁹ ꝛ deceptio
nibus tuis liberare: ꝛ ad eccle
ſiam ſanctã matrẽ catholicaꝫ
atqꝫ apoſtolicã reuocare dig
net. ipſe tibi ĩperat maledicte
dãnate: q pro ſalute hominũ
paſſus. mortu⁹. ꝛ ſepult⁹ eſt.
te ꝛ oẽs vires tuas ſuperauit
atqꝫ reſurgẽs celos aſcendit.
inde venturus iudicare vi-
uos ꝛ mortuos. et ſeculũ per
ignẽ. Tũc ſignat illũ cũ polli
ce dextre manus in fronte: ſi-
gno crucis dicens.
Accipe ſignum crucis xp̃i
atqꝫ xp̃ianitatis: qđ pri⁹
acceptuꝫ nõ cuſtodiuiſti: ſed
male deceptus abnegaſti. De
inde ſurgit ille ꝛ põtifex retẽ-
ta mitra: ſiniſtra ſua illuꝫ ap-
p̃hẽdit p manũ dextrã dicẽs.
Ingredere in eccleſiã dei: a
qua incaute oberraſti: ac
euaſiſſe te laqueos mort⁹ ag-
noſce. horreſce idola. reſpue
oẽm prauitatẽ: ſiue ſupſtitio
nem hereticã. vel gentilẽ. aut
iudaicã. Cole deũ oĩpotentẽ
ꝛ Jeſum xp̃m filiũ ei⁹: ꝛ ſpiri-
tum ſanctũ: vnũ viuũ ꝛ verũ
deũ. ſanctã ꝛ indiuiduã trini
tatẽ. Tũ introducit illũ in ec-
cleſiã p manũ vt eũ apprehẽ-
dit vſqꝫ ad altare maius: co-
ram quo in infimo gradu ille
genuflectit. Põtifex vero aſcẽ
dit ad mediũ altaris: vbi de-
poſita mitra ſtans verſus ad
illum dicit abſolute.

Omnipotens ſempiterne deus: hāc ouem tuaꝫ de faucibꝰ lupi: tua virtute ſubtractā: paterna recipe pietate ⁊ gregi tuo reforma pia benignitate: ne de familie tue dāno inimicꝰ exultet: ſed de conuerſione et liberatione eiꝰ: eccleſia tua vt pia mater d̄ filio reperto gratuletur. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℞. Amē. Oremus.

Deus qui hominē ad imaginē tuā conditū miſericorditer reparas: quē miſerabiliter creaſti: reſpice ꝓpitius ſup hūc famulum tuū: vt qd̄ huiꝰ ignorātie neceſſitate: hoſtili ⁊ diabolica fraude ſurreptum eſt: indulgētia tue pietatis ignoſcat et abſoluat: et altaribꝰ ſacris recepta veritatis tue cōmunione reddaẗ. p xp̄m dn̄m noſtrū. ℞. Amen.

Deinde ſedet ibidem pōtifex ſup faldiſtorio: ⁊ accepta mitra: interrogat illum iterū de fide catholica dicens.

Credis in deum patrē oīpotētē: creatorē celi ⁊ t̄re? Rn̄det ille. Credo. Interrogatio.

Credis ⁊ in Jeſum xp̄m eius filiū vnicū dn̄m nr̄m natū et paſſū. ℞. Credo. Int̄rogatio

Credis et in ſpirituꝫ ſanctū: ſanctā eccleſiā catholicā: ſanctoꝝ cōmunionē: remiſſionē peccatoꝝ: carnis reſurrectionem: ⁊ vitā eternā poſt mortem. Reſpōdet. Credo. Poſtea interrogat Pontifex.

Homo abrenuncias ſathane ⁊ angelis eiꝰ? Reſpondet. Abrenūcio. Interrogatio.

Abrenūcias etiaꝫ omni ſecte gentilitatis. vel heretice prauitatis. ſiue iudaice ſupſtitionis? Reſpondet. Abrenūcio.

Vis eſſe ⁊ viuere in vnitate ſancte fidei catholice? Interrogatio. Reſpondet. Volo.

Tunc depoſita Mitra ſurgit pontifex: ⁊ recōciliatus accedit ad pedes eiꝰ: corā eo genuflectens. Pōtifex vero imponit manuꝫ dexterā ſup caput illius dicens. Oremus.

Domine deus oīpotens: pater dn̄i noſtri ieſu xp̄i qui dignatꝰ es hunc famuluꝫ tuū ab errore gentilitatis vel mendacio heretice prauitatꝭ: ſiue iudaice ſupſtitionis clemēter eruere: ⁊ ad eccleſiā tuā ſanctā reuocare. tu dn̄e emitte in eum ſpiritū ſanctū paraclytū de celis. Spiritū ſapiētie ⁊ intellectus. Spiritū conſilij ⁊ fortitudinis. Spirituꝫ ſciētie ⁊ pietatis. Adimple eū lumine ſplēdoris tui: ⁊ in nomine eiuſdem dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſigneẗ ſigno cru ✠ cis in vitam eternam. ℞. Amen.

Poſt hec ſi recōciliatus ſit iſ

qui p̄cipuus ꝛ notabilis fau-
toꝛ ſciſmatis extitit: genufle-
xus vt ſup̄ facit publice ꝓfeſ-
ſionem ꝛ adiurationē: ponti
fice cū mitra ī faldiſtoꝛio an-
te altare ſedente: dicens.

Ego talis comperto diui
ſionis laqueo quo tene
bar: diutina mecū deliberati-
one ptractans: pꝛona ꝛ ſpon
tanea volūtate: ad vnitatē ſe-
dis apoſtolice: diuina gratia
duce reuerſus ſū: ne vero nō
pura mēte: ſeu ſimulata reuer
ſus exiſtimer: ſpōdeo ſub oꝛ-
dinis mei caſu et anathematꝰ
obligatiōe: atqꝫ pꝛomitto ti-
bi tali epiſcopo: ꝛ ꝑ te ſancto
Petro Apl'oꝝ pꝛincipi: atqꝫ
Sanctiſſimo in xp̄o pr̄i ꝛ do-
mino nr̄o dn̄o. N. pape. N. et
ſucceſſoꝛibus ſuis: me nunq̄ꝫ
quoꝛūlibet ſuaſionibus: vel
quocunqꝫ alio modo ad ſciſ-
ma de quo redēptoꝛis noſtri
gratia liberante ereptus ſum
reuerſurum: ſed ſemꝑ in vni-
tate eccleſie catholice ꝛ in cō-
munione Romani pōtificis
per oīa permanſurū: vnde iu
rans dico per deum omnipo
tentē: et ſancta dei Euangelia
me ī vnitate ꝛ cōmuniōe pꝛe-
miſſis incōcuſſe manſurū. Et
ſi: qd̄ abſit ab: hac me vnitate
aliqua occaſione: vel argumē
to diuiſero: periurij reatū in-
currens: eterne obligatus pe
ne inueniar: ꝛ cū auctoꝛe ſciſ-
matis habeam in futuro ſecu
lo poꝛtionē. Deinde ſuper li-
bꝛum Euangelioꝝ quē pon-
tifex ante ſe tenet apertū po-
nit ambas manꝰ extenſas iun
ctis digitis: dicens.

Sic me deꝰ adiuuet: ꝛ hec ſan
cta dei euāgelia. Tum perdu-
cto per pontificem ſigno cru
cis ſuper reconciliatū: ſurgit
reconciliatus ꝛ diſcedit.

¶ Si vero recōciliatus fuerat
hereſiarcha: ſeu p̄cipuus au-
ctoꝛ alicuius hereſis: omiſſa
pꝛomiſſiōe p̄cedente: facit ſe-
quentē genuflexus coꝛā pon
tifice: cū mitra in faldiſtoꝛio
ante altare ſedente: dicens.

Ego talis cognoſcens ve
ram catholicā ꝛ apoſto
licam fidē: anathematizo hic
publice omnē hereſim: pꝛeci-
pue illā de qua hactenꝰ extiti
infamatꝰ: que aſtruere conat'
hoc vel illud Conſentio autē
ſancte Romane eccleſie ꝛ apo
ſtolice ſedi: ꝛ oꝛe ꝛ coꝛde pꝛo-
fiteoꝛ me credere ſic vel ſic. et
eandē fidē tenere: quā ſancta
Romana eccleſia: auctoꝛitate
euangelica ꝛ apoſtolica tenē-
dam tradit. Jurās hoc ꝑ ſan
ctā Omouſyon. ideſt eiuſdē
ſubſtātie trinitatē: per ſacro-
ſancta euangelia xp̄i. eos aūt

qui contra fidem hanc venerint cuꝫ dogmatibus ⁊ sectatoribus ſuis: eterno anathemate dignos eſſe pronuncio Etſi ego ipſe: quod abſit: aliquãdo contra hec aliquid aſſentire aut predicare pſumpſero: canonũ ſeueritati ſubiaceam. Et mox ambas manus extẽſas digitis nõ diſiunctis ponit ſup librum Euangeliorũ quẽ pontifex ante ſe apertum tenet: dicens.

Sic me de⁹ adiuuet: ⁊ hec ſancta dei Euangelia. Tũ producto per pontificem ſigno crucis ſup recõciliatũ: ſurgit ipſe reconciliatus ⁊ diſcedit.

De itineratiõe prelatoꝝ.

Relatus incipiens iter agere poſtquã equum aſcendit inchoat antiphonã.

In viam pacis. ps.

Benedictus domin⁹ deus iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redemptionẽ plebis ſue.

Et erexit cornu ſalutis nob: in domo dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſũt prophetarum eius.

Salutẽ ex inimicis nr̃is: ⁊ de manu omniũ q oderũt nos.

Ad faciendã miſericordiã cũ patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrũ: daturum ſe nobis.

Ut ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate ⁊ iuſticia coraꝫ ipſo: oĩbus diebus noſtris.

Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem dñi parare vias eius.

Ad dandam ſcientiã ſalutis plebi eius: in remiſſionẽ peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordie dei noſtri: in quib⁹ viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his q in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent: ad dirigẽdos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria patri. Sicut erat.

Deinde dicit totam antiphonam: ⁊ alia ſequentia.

In viam pacis ⁊ pſperitat⁹ dirigat nos oĩpotẽs ⁊ miſericors domin⁹. ⁊ angel⁹ Raphael comitet̃ nobiſcũ in via vt cũ pace ⁊ ſalute ac gaudio reuertamur ad propria.

Kyrieleyſõ. Xpeleyſon. Kyrieleyſon. Pater noſter. ℣.

Et ne nos inducas in. ℞.

Sed libera nos a malo. ℣.

Saluos fac ſuos tuos dñe.

℞. Deus me⁹ ſperãtes ĩ te. ℣.

Mitte nob dñe auxiliũ d ſcõ. ℟. Et de ſyon tuere nos. ℣. Eſto nob dñe turr⁹ fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ in nob. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Benedict⁹ dñs die quotidie. ℟. Proſperuz iter faciat nob deus ſalutariũ noſtrorũ. ℣. Uias tuas demõſtra nobis domine. ℟. Et ſemitas tuas edoce nos. ℣. Utinã dirigant vie nře. ℟. Ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. ℣ Erũt praua indirecta. ℟. Et aſpera in vias planas. ℣. Angelis ſuis deus mãdauit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟. Et clamor me⁹ ad te vẽiat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

Deus q filios iſrael p ma ris medium ſicco veſtigio ire feciſti: quiqꝫ trib⁹ magis iter ad te ſtella duce pandiſti: tribue nobis q̃ſum⁹ iter proſperuz: tẽpuſqꝫ tranquillũ: vt angelo tuo ſctõ comite ad eũ quo pgim⁹ locũ: ac demũ ad eterne ſalutis portum peruenire feliciter valeam⁹.

Deus qui Abrahã pueruz tuũ de vr chaldeorꝫ eductum: p oẽs ſue peregrinationis vias illeſuz cuſtodiſti: q̃ſumus vt nos famulos tuoſ cuſtodire digneris: eſto nobis dñe in procinctu ſuffragium: in via ſolatium: in eſtu vmbraculũ: ⁊ in pluuia ⁊ frigore tegumentũ: in laſſitudine vehiculum: in aduerſitate preſidiũ: in lubrico baculus: ĩ naufragio portus: vt te duce: quo tendim⁹ proſpere perueniamus: ⁊ demum incolumes ad propria redeamus.

Adeſto queſum⁹ domine ſupplicationib⁹ noſtris ⁊ viam famulorũ tuorũ in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter omnes vie et vite huius varietateſ: tuo ſemper protegamur auxilio.

Preſta queſum⁹ omnipotẽs deus: vt familia tua per viã ſalutis incedat: ⁊ beati Johãnis p̃curſoris hortamenta ſectando: ad eũ quem predixit ſecura perueniat: dominũ noſtruz Jeſum xp̃m filium tuũ: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſan deus per oĩa ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ. Tũ dicit põtifex. ℣. Procedamus cum pace. ℟. Jn nomine dñi. Et diſcedũt.

¶ Ordo ad recipiendũ pceſſionaliter p̃latũ vel Legatũ.

Um ꝑlat⁹ vł legat⁹ Ciuitatē aliquā vel opidū īſigne eſt īngreſſurus: ꝓceſſio cleri ex more loci ordinata cū Cruce ꝓcedit illi obuiā extra portas vrbis ⁊ cū Legatus ſiue ꝑlatus aduenerit. ꝑlatus ei⁹ loci indutus Amictu: ſtola: pluuiali: ⁊ mitra ꝑcioſis ſiue primā dignitatē habēs indutus ſuppellicio ⁊ pluuiali ꝑcioſo: offert venienti Crucē oſculandā: quā Legatus ſeu ꝑlatus ex equo: vel ſi maluerit deſcēdēs in terrā ſup tapetē ſtratū: genuflex⁹ deuote oſculatur. Tum ſi intrās eſt Ep̄us vel maior. aut pſbyter vel ep̄s Cardinalis. cantores incipiūt ⁊ ꝓſequunt̄ aīām.

Sacerdos ⁊ pontifex ⁊ virtutum opifex: paſtor bone ī populo: ſic placuiſti domino. Vel Reſponſoriū.

Ecce ſacerdos magn⁹ qui ī dieb⁹ ſuis placuit deo Jdeo iureiurando fecit illum dn̄s creſcere in plebē ſuā. ℣. Benedictionē omniū gentiū dedit illi: ⁊ teſtamentum ſuū cōfirmauit ſup caput ei⁹. ℣. Gloria. Si vero Legatus recipiendus ſit diaconus Cardinalis cantat̄ Reſponſoriū.

Fidelis nāq ⁊ prudēs diſpenſator ī magni patriſfamilias domo conſtitutus erat. Ut conſeruis ſuis menſurā tritici erogaret. ℣. Pro ſalute et augmento gregis ſibi cōmiſſi cura peruigili ſollicitus erat. Ut conſeruis. ℣. Gloria patri. Ut conſeruis.

Si autē duo vł plures reciperent̄ Legati: etiā ſi non eſſent Epiſcopi vel pſbyteri Cardinales cantatur antiphona.

Uos eſtis ciues ſanctorū ⁊ domeſtici dei: ſupedificati ſup fundamentū apoſtolorū ⁊ ꝓphetarū. Jn porta autē vrbis cōſueuerūt magiſtratus illi⁹ obuiare Legato: vel ꝑlato primo intrāti: ac illum benigne ſuſcipere ⁊ aſſociare: ac Baldachinum ſuper eū deferre. Jncepta aīā: proceſſio que locū habere debet: īmediate ante Crucē ꝑlati: niſi interſint Canonici cathedralis eccleſie ordine ſuo progreditur. et cantant̄ poſt dictas aīās ſeu reſponſoria alia cantica vł hymni ꝓut magis placebit vſq ad eccleſiā maiorē ſeu principalem loci. Si vero ꝓceſſioni interſint Canonici eccleſie Cathedralis: illi ſoli poſſunt ire poſt Crucē Legati īmediate ante eū. Equitantes vero oēs equitare debent ante ꝓceſſionē. Togati vero debēt legatū ſeu ꝑlatū ſequi.

Cum p̄latus ſeu legat⁹ deſce-
derit: ⁊ intrat portaʒ maioris
ſeu principalis eccleſie: prela
tus eccleſie ſeu maiorē digni
tatem habens: indutus vt ſu
pra: detecto capite: offert illi
aſperſoriū cum aqua benedi
cta: quod prelatus ſeu legat⁹
accipiens: aſpergit primo ſe
ipſum: deinde alios. Tū ideʒ
prelatus eccleſie ſeu primā di
gnitatem habens offert ei Na
uiculā: aliquo alio ſacerdote
ſuppellicio induto Thuribu
lum porrigēte. ⁊ Legatus ſeu
prelatus imponit incenſum:
⁊ ſtatim prelatus eccleſie ſeu
dignitatem habens incenſat
ipſum p̄latum ſeu Legatum:
ſtantem detecto capite: more
cōſueto. deinde p̄cedunt ad
altare maius eccleſie: ⁊ ibi ſu
per Faldiſtorio ante infimuʒ
gradum altaris parato p̄cū
bit et orat prelatus ſeu Lega
tus. Interim vero p̄latus ec
cleſie ſeu dignitatem maioreʒ
habēs: ſtans in cornu epiſto
le altaris verſus ad orantem
detecto capite dicit. ℣.
Protector nr̄ aſpice de⁹. ℟.
Et reſpice in faciem xp̄i tui.
Cum omnib⁹ ſequentib⁹ ſi re
ceptus ſit prelatus aut Lega
tus. Epiſcopus vl' preſbyter
Cardinalis. Si vero ſit diaco
nus Cardinalis. obmiſſo. ℣.
p̄cedēte: dicit ſequētes tm̄. ℣.
Saluū fac ſeruū tuū dn̄e. ℟.
Deus meus ſperantē in te. ℣.
Mitte ei dn̄e auxiliū d ſcō. ℟.
Et de ſyon tuere eum. ℣.
Nihil p̄ficiat inimic⁹ i eo. ℟.
Et filius iniquitatis non ap
ponat nocere ei. ℣.
Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟.
Et clamor me⁹ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oremus.
Omnipotens ſempiterne
deus: qui facis mirabi
lia magna ſolus: protende ſu
per hunc famulū tuū: et cun
ctas cōgregatiōes illi cōmiſ
ſas: ſpiritum gratie ſalutaris
et vt in veritate tibi compla
ceat: perpetuum ei rorem tue
benedictionis infunde. Per
xp̄m dn̄m noſtrū. ℟. Amen.
His dictis: cantores cantant
aliquā antiphonā eis magis
placentē. de ſancto patrono
eccleſie: cū verſiculo de eodeʒ
ſancto. Et cuʒ dicit̄ verſicul⁹
ſurgit prelatus vel Legatus
aſcendit ad altare: oſculatur
illud in medio: p̄cedit ad cor
nu Epiſtole vbi ſtās ad ipſū
altare verſus: cātat orationē
de dicto ſācto. deinde ad me
diū altaris reuertit̄: vbi ſtās
dat benedictionem ſolemneʒ
populo dicens.
Sit nomē dn̄i benedictū ⁊c.

Qua data facit ꝓmulgari per vnū ex ſuis: ſiue ex beneficiatis eccleſie indulgētias quas ipſe intereſſentibus cōcedit. deinde p̄latus eccleſie: et alij dimiſſis paramētis aſſociāt illum vſq₃ ad diuerſoriū ſuū. Cum vero nouus p̄latus primo ad eccleſiam ſuā veniens recipit̄. loco orationis p̄dicte. Omnipotēs ſempiterne de⁹ ꝛc. dicit̄ ſequens. Oremus.

Deus omniū fidelium paſtor et rector: famulum tuū. N. quem eccleſie tue preeſſe voluiſti: ꝓpitius reſpice: da ei queſum⁹ verbo ⁊ exēplo quib⁹ preeſt ꝓficere: vt ad vitam vnacū grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per xp̄m dn̄m noſtrū. ℟. Amen.

Ordo ad viſitandas parrochias.

Pontifex viſitatur⁹ dioceſim: et parrochias ſuas cū ad ciuitatē ſeu oppida ſue dioceſis ꝑuenerit: recipit̄ ꝓceſſionaliter eo ordine ꝓut ſup̄ in receptione p̄lati: ſeu legati dictū eſt. hoc ſolo dēpro q̄ loco orationis. Omnipotēs ſempiterne de⁹: qui facis mirabilia magna ꝛc. ſeu Deus omniū ꝛc. ipſo p̄lato ante altare ī faldiſtorio genuaflectēte dicit̄ ſequēs orō. Oremus

Deus humilium viſitator: qui eos paterna dilectione conſolaris: protende ſocietati noſtre gratiā tuā: vt p eos in quib⁹ habitas: tuū in nobis ſentiamus aduentū. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē.

Qua finita pōtifex ſurgit: aſcendit ad altare maius: oſculatur illud in medio et ibidē populo ſolēniter benedicit. Deinde verſus ad populū ſedens ibidē in aliqua ſede ſeu faldiſtorio. vel ſtans apodiatus ad altare: ꝓut ſibi magis placebit. ꝓponit populo cauſas aduētus ſui: quia ſacri canones et eccleſiaſticus ordo hoc fieri p̄cipiūt ꝓpter mſ̄ta.

Primo ad abſoluēdas animas defunctorum.

Secundo: vt ſciat ⁊ videat qualiter eccleſia ipſa ſpiritualiter ⁊ temporaliter guberne tur. Quomodo ſe habeat ī ornamentis. Qualiter ibi eccleſiaſtica ſacramēta miniſtrantur: ⁊ diuina officia ꝑagunt̄. Quale ſeruitiū ibi impendit̄. Qualis ſit vita miniſtrorū ⁊ populi: vt ex officio inquiſitionis ſue p eū: ſi qua in premiſſis corrigēda fuerint corrigant̄ ⁊ emendent̄. Et p̄cipit fieri libros et alia neceſſaria eccleſiaſtica ornamenta.

¶ Tertio: ad adulteria. fornicationes. ſortilegia. diuinationes. ⁊ ſimilia publica in populo punienda: ad quod interdum nō ſufficiunt eccleſiarum rectores. Oſtendens diligenter populo q̄ʒ damnabilia ⁊ deteſtāda ſūt crimina ipa

¶ Quarto ꝓpter caſus: q de iure vel cōſuetudine ad Epiſcopum dūtaxat pertinere noſcunt: qui in conſtitutionibꝰ Synodalibus continent: de quibꝰ nullus alius ſe intromittere pōt. Proteſtans plebi q̄ ſi quis: vel ſi qua in aliquo ipſoꝝ caſuū: vel in quocunqʒ alio: conſilio eius indiguerit: paratꝰ ſit benigne audire: ⁊ conſiliū ⁊ abſolutionē impendere ac penitentiā miſericorditer iniūgere ſalutarē.

¶ Quinto ad exhibenduʒ ſacramentum confirmationis quod nullus alius niſi ſolus epiſcopꝰ ex diuina et apoſtolica inſtitutione dare poteſt.

¶ Sexto īducit diligēter populum ad penitentiam: et inſtruit ī eccleſiaſticis ſacramētis: ⁊ in articulis fidei: ⁊ qualiter debent declinare a malo ⁊ facere bonū. Fugere vitia: ⁊ ſectari virtutes. Alteri nō facere: quod ſibi fieri nolunt.

His expletis fit populo confeſſio et abſolutio generalis. ⁊ indulgentia datur per pontificē: vt infra in miſſa pontificali poſt Euangeliū ponetur. Poſt hec pontifex depoſita cappa: induitur Amictu: ſtola: pluuiali violatij vel nigri coloris: ⁊ mitra ſimplici: ⁊ ſtans cū mitra iuxta altare: verſus ad populum: incipit antiphonā. Si iniquitates. Deinde cuʒ miniſtris ſeu Capellanis ſuis dicit. Ps.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendētes: in vocē deprecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit.

Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ⁊ propter legem tuā ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutīa vſqʒ ad noctē: ſperet iſrael in dño.

Quia apud dominuʒ miſericordia: et copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet iſrael: ex oībus iniquitatibus eius.

Requiē eternā dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis.

Tum dicit totā antiphonā. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſtinebit. Qua

dicta depoſita mitra dicit. Kyrieleyſõ. Xp̃eleyſon. Kyrieleyſõ. Pater noſter. quod ſecrete cõplet. Et interim accepto aſperſorio cũ aqua benedicta tertio aſpergit añ ſe. deinde ĩpoſito inceſo in thuribulo: ⁊ illo benedicto eodẽ modo incenſat. Quo facto ꝓnunciat. ℣.

Et ne nos inducas. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
In mẽoria etña erũt iuſti. ℟.
Ab auditiõe mala ñ timebũt.
℣. A porta inferi. ℟.
Erue domine aĩas eoꝝ. ℣.
Requiẽ eternã dona eis dñe.
℟. Et lux ꝑpetua luceat eiſ. ℣.
Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟.
Et clamoꝛ me⁹ ad te vẽiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes: famłos tuos põtificali feciſti dignitate vigere: pꝛeſta queſumus vt eoꝛuꝫ quoqꝫ perpetuo aggregentur cõſoꝛtio. Per xp̃m dominũ noſtrum. ℟. Amen. Deinde aqua benedicta. thuriferario. duobus Ceroferarijs. Cruce. et clero pꝛecedentibus ⁊ cantantib⁹ R̃ſoꝛiũ.

Qui Lazarum reſuſcitaſti a monumento fetiduꝫ. Tu eis domine dona requieꝫ ⁊ locum indulgentie. ℣.

Qui vẽturus es iudicare viuos ⁊ moꝛtuos ⁊ ſeculuꝫ per ignem. Tu eis. pontifex cum mitra exit ad cimiteriũ. Interim dicens cũ miniſtris ſuis añam. Si iniquitates. ps. De pꝛofundis. vſqꝫ ad finẽ cum Requiẽ eternã. ⁊ antiphona. Si iniquitates obſeruaueris domine: dñe quis ſuſtinebit Quibus omnibus dictis cũ fuerint in medio cimiterij firmant ſe ſuo oꝛdine. ⁊ choꝛus cantat Reſponſoꝛium.

Libera me domĩe de moꝛte eterna ĩ die illa tremẽda Quãdo celi mouẽdi ſũt et terra. Dum veneris iudicare ſeculum per ignẽ. ℣.
Tremẽs factus ſum ego ⁊ timeo: dũ diſcuſſio venerit atqꝫ ventura ira. Quãdo ⁊c̃. ℣.
Dies illa dies ire: calamitat⁹ ⁊ miſerie: dies magna ⁊ amara valde. Dũ veneris iu. ⁊c̃. ℣.
Requiẽ eternã dona eis dñe. ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Tum repetit̃ Reſponſoꝛiũ. Libera. vſqꝫ ad primũ ℣. Interim dũ reſponſoꝛiũ repetit̃. offert̃ ꝑ digniorem eccleſie Nauicella ⁊ per aliũ ex miniſtris thuribulum põtifici: qui imponit incenſũ moꝛe cõſueto. R̃ſoꝛio repetito. Choꝛus cantat. Kyrieleyſõ. Xp̃eleyſon. Kyrieleyſõ. Mox põtifex mitra

depoſita cōueniēti voce dicit
Pater noſter. Deinde aſpergit ⁊ incenſat ꝓut fecit ī eccleſia. Quo facto dicit. ℣.
Et ne nos inducas. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
In mēoꝛia eterna erit iuſt⁹ ℟
Ab auditiōe mala nō timebit
℣. A poꝛta inferi. ℟.
Erue dn̄e animas eoꝛū. ℣.
Requiem eternam. ℟.
Et lux perpetua. ℣.
Dn̄e exaudi oꝛonē meā. ℟.
Et clamoꝛ me⁹ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oꝛemus.
Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famuloſ tuoſ ſacerdotali feciſti dignitate vigere: p̄ſta queſum⁹: vt eoꝝ quoq3 ꝑpetuo aggregentur cōſoꝛtio. Alia oꝛatio.
Deus venie largitoꝛ: ⁊ humane ſalutis amatoꝛ: q̄ſumus clementia3 tuā vt noſtre cōgregatiōis fratres: ꝓpinquos ⁊ benefactoꝛes: qui ex hoc ſeculo tranſierūt: beata Maria ſemꝑ virgine intercedente: cum omnib⁹ ſanctis tuis: ad ꝑpetue beatitudinis conſoꝛtiū ꝑuenire concedas.
Alia oꝛatio.
Deus cuius miſeratione anime fideliū requieſcūt: famulis ⁊ famulab⁹ tuis omnibus: hic ⁊ in xp̄o quieſcētibus: da ꝓpitius veniā peccatoꝛū: vt a cūctis reatib⁹ abſoluti: tecū ſine fine letent̄. Per xp̄m dn̄m noſtrū. ℟. Amē. ℣
Requiē eternā dona eis dn̄e. ℟. Et lux ꝑpetua. Tum duo cantoꝛes dicunt. ℣.
Requieſcāt in pace. ℟. Amē. Et mox pontifex eleuata dextera: ꝓducit ſignu3 crucis ab omni parte ſuꝑ cimiterium. Tum accepta mitra ꝑ pontificem reuertunt̄ omnes ad eccleſiam oꝛdine quo venerūt: choꝛo dicente cōgruēti voce ſine nota totum pſalmū.
Miſerere mei de⁹: ſ̄m magnam miſericoꝛdia3 tuā. cum. ℣. Requiem eternā dona eis dn̄e. Et lux ꝑpetua luceat eis. Quem etiā pontifex ipſe dicit voce demiſſa cū miniſtris ſeu capellanis ſuis. q̄bus dictis ⁊ pōtifice ad choꝛum ante maius altare ꝑuento. pontifex depoſita mitra: ſtans ibide3 in medio verſus ad altare dicit.
Kyrieleyſō. Xp̄eleyſon. Kyrieleyſon. Pater noſter. ℣.
Et ne nos inducas in. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
A poꝛta inferi. ℟.
Erue dn̄e animas eoꝝ. ℣.
Dn̄e exaudi oꝛonē meā. ℟.
Et clamoꝛ me⁹ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.

Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.
Abſolue queſum⁹ dñe animas famuloꝝ famularũ q̃ tuaꝝ ab omni vinculo delictorũ: vt ĩ reſurrectiõis gloria inter ſctõs ⁊ electos tuos reſuſcitati reſpirẽt. Per xp̃m dominũ noſtrũ. ℟. Amen.
His peractis: depoſitis ſtola ⁊ pluuiali nigr⁹ ſeu violatijs ⁊ aſſũptis albis: poterit põtifex confirmare pueros: premiſſa monitiõe: ⁊ alijs ſeruatis prout ſup̃ in principio de Chriſmandis in fronte dictũ eſt. Aut ſi placet poterit pontifex illud ꝑ alia hora vel die reſeruare: ⁊ ſucceſſiue alia facit que ſup̃ ꝓpoſuit ſe factuꝝ. Expedita itaq̃ cõfirmatione ⁊ benedictis ornamentis ſi q̃ benedicẽda ſunt. depoſitiſq̃ indumentis eccleſiaſticis cõfeſſiones: ⁊ deinde querelas: ſi que ſunt: audit. Tũ de conuerſatione cleri et populi: ac qualiter ſpiritualia ⁊ tẽporalia in ipſa eccleſia miniſtrant̃ ⁊ de libris ac ornamentis diligenter de plano ĩqrit. Peracta demũ viſitatione illi⁹ loci: ⁊ omnib⁹ expeditis: cũ diſcedere voluerit põtifex ĩ ſuo habitu cõmuni accedit ad eccleſiam: ⁊ ſtans ante altare in cornu Epiſtole verſus ad illud dicit pſalmũ. De pꝛfũdis totũ cũ Requiẽ eternã. ⁊ añã. Si iniquitates. Deinde dicit
Pater noſter. ℣.
Et ne nos inducas in. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
A porta inferi. ℟.
Erue domine aĩas eoꝝ. ℣.
Requieſcãt ĩ pace. ℟. Amẽ. ℣
Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟.
Et clamor me⁹ ad te vẽiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.
Deus cui⁹ miſeratione aĩe fidelium requieſcũt: famulis ⁊ famulab⁹ tuis omnibus hic ⁊ in xp̃o quieſcẽtib⁹: da ꝓpitius veniã peccatorũ: vt a cũctis reatibus abſoluti tecũ ſine fine letent̃. Per xp̃m dñm noſtrũ. ℟. Amen. Poſt hec diſcedit quo voluerit.

¶ Ordo ad recipiendũ ꝓceſſionaliter Imperatorem.

Quando Imperator venit ad aliquã vrbem vel oppidũ inſigne. Clerus vrbis obuiã dat ei ꝓceſſionaliter vt dictũ eſt ſuperi⁹ de receptiõe p̃lati vel Legati. tamen extra portã aliquantulũ magis remote q̃ p̃lato et Legato fieri ſolet. Imperator ex equo vel q̃d magis cõuenit deſcendẽs in terra ſup tapetẽ ſtratũ genuflexus oſculat̃ ibidẽ crucẽ.

⁊ ſub Baldachino ducit vſqꝫ
ad eccleſiã: ꝓceſſio p̄cedit im
mediate Imperatorẽ· ⁊ is qui
gladiũ Impatori p̄fert: equi
tat imediate poſt Prelatũ ꝓ
ceſſiõis· Si vero Legat⁹ apo
ſtolic⁹ Imperatorẽ reciperet:
aut cũ eo vrbem intraret: vel
alias ſecũ iret: vel equitaret:
ille qui gladiũ Imperatori p̄
fert: ⁊ alius crucẽ Legati por
tans ſimul ire debẽt· Crux le
gati quia debet ei latria erit a
dextris: ⁊ gladius Imperato
ris a ſiniſtris· Interim dũ ꝓ
cedũt ad eccleſiã cantat aña·

Ecce mitto angelũ meũ q
p̄parabit viã ante faciẽ
tuam· Et poſt añam p̄dictam
cantant hymni: vel alia canti
ca deuota prout magis place
bit· Cum Imperator intrat ec
cleſiã: p̄latus eccleſie accepto
aſperſorio aſpergit eũ· dein
de alios in genere: ⁊ ꝓcedunt
vſqꝫ ad altare mai⁹: corã quo
Imperator genuflectit ſuper
faldiſtorio ibidẽ ſibi parato·
Prelatus vero eccleſie aſcen
dit ad cornu epiſtole altaris
vbi ſtans verſus ad orantem
detecto capite dicit· ℣·

Deus iudiciũ tuũ regi da· ℟·
Et iuſticiã tuã filio regis· ℣·
Saluũ fac· N· Impatorẽ no
ſtrum domine· ℟·
Deus meus ſperantẽ in te· ℣·
Mitte ei dñe auxiliũ de ſctõ·
℟· Et de ſyon tuere eum· ℣·
Nihil ꝓficiat inimic⁹ ĩ eo· ℟·
Et filius iniquitatis non ap
ponat nocere ei· ℣·
Fiat pax in virtute tua· ℟·
Et habũdãtia ĩ turrib⁹ tuiſ· ℣·
Dñe exaudi orõnẽ meã· ℟·
Et clamor me⁹ ad te vẽiat· ℣·
Dominus vobiſcum· ℟·
Et cũ ſpiritu tuo· Oremus·

Deus in cuius manu ſũt
corda Regũ: inclina ad
preces humilitat⁹ noſtre au
res miſericordie tue: ⁊ Impe
ratori noſtro famulo tuo· N·
regimen tue ſapiẽtie appone:
vt hauſtis de tuo fonte cõſi
lijs: ⁊ tibi placeat: et ſup om
nia regna precellat·

Pretende dñe q̄ſum⁹ famu
lo tuo· N· Impatori nr̃o
dexterã celeſtis auxilij: vt te
toto corde ꝑquirat: ⁊ que di
gne poſtulat aſſequi mereat·
Per xp̄m dñm nr̃m· ℟· Amẽ·

Deinde ſi prelat⁹ ſit ep̄us vel
maior: ſtans ante altare bene
dicit ſolẽniter populo dicẽs·
Sit nomẽ dñi benedictũ ⁊c·
Qua benedictiõe data: depo
ſitis ſacris veſtibus: aſſociat
Imperatorẽ vſqꝫ ad eius hoſ
pitiũ· Si aũt p̄latus ipſe non
ſit ep̄s vel maior: finitis ora
tionib⁹ p̄dictis: depoſitis ve
ſtibus ſacris aſſociat vt ſup·

¶ Ordo ad recipiendũ pceſſionaliter Regem.

Quando Rex ad aliquã vrbẽ aut oppidum inſigne venit. Clerus pceſſionaliter obuiã dat ei extra portam vbi rex ex equo: vl' qḋ magis cõuenit deſcendẽs: ĩ terra ſuper tapetẽ ſtratũ genuflexus oſculat͛ Crucẽ: que p p̄latũ ſibi porrigit͛. deinde ſub baldachino ducit͛ vſq3 ad eccleſiaȝ ordine ſupͣdicto. Interim cãtatur Reſponſoriũ.

Elegit eũ dñs. Et excelſũ fecit illuȝ pre regib⁹ terre. ℣. Glorificauit illũ in conſpectu regũ: ⁊ nõ confundet͛. Et excelſum. ℣. Gloria patri. Et excelſum. Deinde cantant͛ hymni vel alia cantica magis placentia. Cũ Rex eccleſiã intrat: p̄latus accepto aſperſorio aſpergit euȝ: deinde alios in genere: et pcedunt vſq3 ad altare maius: coram quo Rex genuflectit ſuper faldiſtorio ibidẽ parato: ⁊ orat. prelatus vero aſcendit ad cornu Ep̄le altaris: vbi ſtans verſus ad orantẽ detecto capite dicit. ℣.

Deus iudiciũ tuũ regi da. ℟. Et iuſticiã tuã filio regis. ℣. Saluũ fac regẽ nr̄m dñe. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſctõ. ℟. Et de ſyon tuere eum. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ ĩ eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et habũdãtia ĩ turrib⁹ tuiſ. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟. Et clamor me⁹ ad te vẽiat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

Deus cui omnis poteſtaſ ⁊ dignitas famulat͛: da huic famulo tuo regi noſtro N. proſperum ſue dignitatis effectũ: in qua te ſemp timeat tibiq3 iugiter placere contendat. Per chriſtũ dñȝ nr̄m. ℟. Amen. Deinde prelatus ſi ſit ep̄s vel maior: accedit ad mediũ altaris ⁊ ibi populo ſolẽniter benedicit. Tũ ſacris dimiſſis veſtibus Regẽ vſq3 ad hoſpitium comitatur.

¶ Ordo ad recipiendũ pceſſionaliter principẽ.

Quando pͥceps ad aliquã vrbẽ aut inſigne oppidũ venit Clerus pceſſionaliter ei obuiã dat extra portam vbi Princeps ex equo: vel qḋ magis cõuenit deſcẽdens: in terra ſup tapetẽ ſtratũ genuflexus oſculat͛ Crucẽ: que per p̄latum ſibi porrigit͛. Deinde ſub baldachino ducitur vſq3

ad eccleſiaȝ ordine ſup̄dicto. Interim cantat̄ Reſponſoriū

Poſui adiutorem ſup̄ potentē: et exaltaui electum de plebe mea. manus enī mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni dauid ſeruum meū oleo ſancto meo vnxi eū. Manus. ℣. Gloria. Manus. Deinde cantant̄ hymni vel alia cantica magis placentia. Cū princeps eccleſiaȝ intrat. Prelatus accepto aſperſorio aſpergit euȝ: deinde alios in genere. et p̄cedunt vſqȝ ad altare maius: coram quo princeps genuflectit ſuper faldiſtorio ibideȝ ſibi parato et orat. Prelat⁹ vero aſcēdit ad cornu Epiſtole altaris vbi ſtans verſus ad oranteȝ: detecto capite dicit. ℣.

Saluū fac principē nr̄m dn̄e ℟. Deus me⁹ ſperantē ī te. ℣.

Mitte ei dn̄e auxiliū de ſctō. ℟. Et de ſyon tuere eum. ℣.

Nihil p̄ficiat inimic⁹ ī eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣.

Fiat pax in virtute tua. ℟. Et habūdātia ī turrib⁹ tuiſ. ℣

Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te vēiat. ℣.

Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Deus cui oīs poteſtas et dignitas famulatur: da huic famulo tuo principi noſtro. N. proſperū ſue dignitatis effectuȝ: in qua te ſemp̄ timeat: tibiqȝ iugiter placē cōtendat. Per xp̄m etc. ℟. Amē. Deinde p̄latus ſi ſit ep̄us vel maior accedit ad mediū altaris et ibi populo ſolēniter benedicit. Tum ſacris dimiſſis veſtibus: principem vſqȝ ad hoſpitiū comitat̄.

¶ Ordo ad recipienduȝ proceſſionaliter Imperatricē vel Reginam.

Quando imperatrix vel Regina ad aliquā vrbem aut inſigne oppidū venit. Cler⁹ proceſſionaliter obuiaȝ dat ei extra portaȝ. Impatrix vl̄ Regina ex equo: vel qđ magis cōuenit deſcendēs: in terra ſup̄ tapetē ſtratuȝ genuflexa oſculat̄ crucē: que p̄ p̄latū ſibi porrigit̄. Deinde ſub baldachino ducit̄ vſqȝ ad eccleſiam ordine ꝯſueto. Interim cantat̄ reſponſoriū.

Iſta eſt ſpecioſa īter filias hieruſalem. Sicut vidiſti eā plenā caritate et dilectiōe ī cubilib⁹ et ortis aromatuȝ. ℣. Iſta eſt ſpecioſa que aſcendit de deſerto: delitijs affluens. Sicut vidiſti. ℣. Gloria pri. Sicut vidiſti. Deinde cātant̄ hymni vel alia cantica magis

placētia. Cū impatrix vel Regina eccleſiā intrat. Prelatus accepto aſpſorio aſpergit eā: deinde alios in genere: ꝛ pcedūt vſqꝫ ad altare maius: coram quo Imperatrix vel regina genuflectit ſuper faldiſtorio ibidē ſibi parato et orat. Prelatus vero aſcēdit ad cornu Eplē altaris: vbi ſtās verſus ad orantē detecto capite dicit. ℣.

Saluā fac ancillā tuā dn̄e. ℟. Deus me⁹ ſperantē in te. ℣.
Mitte ei dn̄e auxiliū de ſctō. ℟. Et de ſyon tuere eam. ℣.
Nihil pficiat inimic⁹ ī ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣.
Fiat pax in virtute tua. ℟. Et habūdātia ī turrib⁹ tuiſ. ℣
Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Deus cui⁹ puidētia in ſui diſpoſitiōe nō fallit̄: ineffabilē clementiā tuā ſupplices exoramus: vt ſicut Heſter Reginā Iſraelitice plebis cauſa ſalut⁹ ad regis Aſſueri thalamū: regniqꝫ ſui conſortiū tranſire feciſti. Ita hāc famulam tuā: xp̄iane plebis ſalut⁹ grā: ad gratiā tuā tranſire facias vt tibi ſup oīa iugit̄ placere deſideret: et te inſpirāte: que tibi placita ſunt toto corde pficiat: ꝛ dextera tue potētie illā ſemp hic ꝛ vbiqꝫ circūdet. p xp̄m dn̄ꝫ nr̄m. ℟. Amē.

Deinde p̄latus ſi ſit ep̄us vel maior: accedit ad mediū altaris ꝛ ibi ſolēniter ppl'ō bn̄dicit. Tū ſacris dimiſſis veſtibus Imperatricē vel Reginā vſqꝫ ad hoſpitiū comitat̄.

¶ Ordo ad recipiendū pceſſionaliter Principiſſam.

Principiſſa recipit̄ pceſſionalit̄ eodē modo et ordie put ſup̄ de Imperatrice vel regina dictū eſt: hoc ſolo excepto ꝙ loco orōniſ. Deus cui⁹ puidētia ꝛc̄. dicit̄ hec ſe.

Queſum⁹ oīps de⁹, (quēs. vt hāc famulā tuā vbiqꝫ ſapiētia tua doceat atqꝫ cōfortet: ꝛ eā eccleſia tua fidelē ſemp agnoſcat. Per xp̄m dominū noſtrum. ℟. Amen.

¶ De veſperis pōtificalibus pontifice in craſtinū clebraturo.

Pontifex ī craſtinū ſolēniter celebraturus: die p̄cedēti hora veſperaꝝ ꝯſueta venit ad eccleſiā ꝛ ſacriſtiam: vel aliū locū cōſuetū: vbi ſedet. Adſint ibi aliq Canonici

⁊ ſacerdotes vſq; ad numerū
ſex vel octo q oēs pluuialib⁹
induunť: quoꝝ p̄im⁹ pōtifi-
ci de libꝛo ſeruit oſtendēs ei
que eſt dictur⁹. alter ſeruit d̄
baculo paſtoꝛali. et duo alij
ſuppellicijs tm̄ induti: quo-
rū vnus tobaleā ſericā ad col
lum habens de mitra ſeruit.
Alter vero librū ad intonan-
dū aña̅s ⁊ hymnū: ⁊ ad dicen
dum oꝛationē tp̄e opoꝛtuno
ante pontificez tenet. His ſic
paratis ſurgit pontifex: ⁊ de
poſita p ſcutiferos ſibi cap-
pa ſeu mantello: induiť ꝑ du
os ex dictis pb̄ris paramētis
ſuis videlicet. Amictū. albaz.
cingulū. crucē pectoꝛalē. ſto-
lā vt a collo depēdeat. ⁊ plu-
uiale. deinde ſedēs accipit cy
rothecas. mitrā ⁊ annulū pō
tificalē. ac pectoꝛale: qđ in cō
iūctura pluuialis ante pect⁹
ſibi iponiť. Tum accepto ba-
culo paſtoꝛali in ſiniſtrā ma-
nū ꝓcedit ante gradus altar⁹
medi⁹ inter duos dignioꝛes
ex dictis Canonicis paratis:
fimbꝛias pluuialis pōtificis
